insidiaberis calcaneo illius: et ipsa conteret caput tuum. Si aũt mulier calciata incessisset: serpens eius calcaneo ad literã insidiari non potuisset: vel insidiãdo nocere nõ potuisset. Deus etiã mãdauit Moysi: vt ptz Exod. xxviij. ꝙ faceret vestes sacerdotales Aaron ⁊ filijs eius. de calciamentis nihil dixit. Similiter filij israel obtulerũt deo vestes sacerdotales Aaron: sed nõ calciamenta. Exod. xxviij. Silr deus mãdauit Moysi ꝙ spoliaret Aaron fratrem suũ in monte: et indueret Eleazarũ filiũ eius pro eo. de calciamentis nõ dicit. Num. xx. c. Precipui etiã prophete: vt Helias ⁊ Joã. baptista precursores dñi: legunt habuisse vestimenta et zonam pelliceã: non autem calciamenta. iij. Regũ. j. et Matth. iiij. ⁊ Mar. j. et Luce. iij. et Ysaias discalciatus incessit tribus annis. Esa. xx. Angeli quoq; in nouo et veteri testamento in forma et specie humana apparẽtes vestiti ⁊ nõ calciati apparuisse legũtur. Matth. ⁊ Mar. vltimo ⁊ Luce ⁊ Joan. penulti. ⁊ Act. j. Daniel. x. ⁊ xij. c. Tobie. v. ⁊ vsq; ad. xij. Angeli quoq; qui apparuerunt Abrae ⁊ Loth nudi pedes apparuisse creduntur: ꝓpter qđ eoꝝ pedes lauare rogauerunt. Genes. xviij. ⁊ xix. c. In transfiguratione quoq; dñs vestitus: nõ calciatus apparuisse describit Matth. xvij. ⁊ Mar. ix. et Luce. ix. ¶ Nec obuiat ꝙ Joan. baptista dicit: Nõ sum dignus soluere corrigiã calciamenti eius. Mat. iij. Mar. j. Luce. iij. et Joan. j. quoniã calciamẽta quãtum ad literã accipiuntur ꝑ sandalijs: vt pater Mar. vj. licet Joãnes magis mystice ꝑm Grego. in homil. scz ꝙ non erat dign⁹ Joã. soluere. i. explicare mysteriũ incarnationis christi: ꝙ literaliter de christi calciamentis loquerek. hoc idem dick in perro Act. xij. Calcia te caligas tuas: q: calige ꝑm ꝙ ibi dicit Beda: accipiuntur ꝑ sandalijs vel soleis: q: caligae dicunk a calo pedis/eo ꝙ liganк ad calũ. vñ ꝑm eũdẽ Bedam ꝑ caligis vel caligulis grecus habet sandalia. Ꝟ em genus calciamentoꝝ legik in euangelio Mar. vj. c. apostolis fuisse cõcessum. Cui cõsonat Papias dicẽs/ Caligae vel caligulae: idest sandalia dicta sunt a calo pedũ vel quasi a colligando: q: ad pedes liganк. Sic etiam intelligit caligas petri de caligulis vel soleis. i. sandalijs Joan. cassia. in ꝓmo libro institutionũ monachoꝝ egyptiorum in. c. calciamẽta dicens de monachis egyptijs. Calciamenta vero velut interdicta euangelico Mar. x. precepto recusantes/quũ infirmitas corporis vel hyemis rigor/seu meridiani estus feruor exegerit: rantũmodo caligis suos munĩũt pedes. hoc signãtes vsu earũ ꝓmissione dñica cõcessarum. Mar. vj. vt si in hoc mundo cõstituti cura et solicitudine carnis hmõi oĩmodis exuti esse nõ possumus: saltẽ occupatione leui necessitatem coꝝporis expleamus: ne ve anime nostre pedes: idest affect⁹ ꝑm Augustinũ/ q̃ expediti ad spũalem cursum et predicationẽ euãgelij pacis semp debẽt esse parati. Esa. lij. viij. q. j. olim. quib⁹ post odoꝛẽ vnguentoꝝ christi currim⁹. Cañ. j. ⁊ de quib⁹ dauid in ps. lxj. aucurri in siti. monticulus seculi hui⁹ curis patiamur inuolui. de his scz cogitantes que non ad supplendã necessitatẽ nature: sed ad superfluam noticiã ꝓtinent voluptatẽ. qđ ita implebimus si ꝑm apostolũ/carnis curã non fecerimus in desideriis. de cõ. di. v. nõ mediocriter. in fi. et Rom. xiij. hucusq; Joã cassia. Et sic ptz ꝙ preceptũ de nõ portãdo calciamẽta/fuit datũ aplis simpliciter ⁊ absolute ꝓ quocũq; tẽpore: ⁊ nõ ꝓ tpe ꝓdicationis tm. vnde ꝑm ꝙ referk Mar. x. ꝓcepit christus apostolis simpliciter et absolute ne portarent pecuniã/dicẽs: Nolite possidere aurũ et argentũ: neq; pecuniã in zonis vestris. in q̃ parte precepti nihil ponitur de via: sed absolute fuerũt eis inhibita: licet Marcus. vj. c. ⁊ Lucas. x. c. dicant ꝙ ꝓcepit eis Neq̃d tollerẽ in via: neq; peram: neq; pecuniã ⁊c. q: illa q̃ interdicunk aliquib⁹ simpliciter ⁊ absolute: interdicũtur eis ꝑ via ⁊ in via. ar. coꝝ q̃ legunt ⁊ no. eꝛ de trasla. inter coꝝporalia. §. sed nec illud. ⁊ in glo. ar. qđ. ⁊ de ꝓuiſ. quia circa. licet etiã dñs vtroq; modo potuerit eis talia interdicere. Ideo matthеus refert vnũ modũ: Marcus vero et Lucas aliũ modũ interdicẽdi. Sed matthеus magis videk referre distincte serie et ordinem ꝓcepti ꝑm formã et modũ eis dati: ideo post verba ꝓmissa subiungit dicẽs/ Nõ peram in via: neq; duas tunicas: neq; calciamẽta: neq; virgam. Et ita ꝑm Matthеũ aurũ et argentũ et pecunia fuerunt eis interdicta simpliciter ⁊ absolute. Pera vero fuit eis inhibita ꝑ se et directe in via: q: peram cõsueuit homo portare maxime in via: ideo peram inhibuit eis ꝑ se et ꝓmo in via. Et cõsequẽter aũt inhibuit eis in domo: quia si inhibuit eis ꝓ tẽpore ꝑ quo magis indigebãt/ et quo cõsueuerũt eã maxime hoies portare: multo magis inhibuit eis ꝑ tẽpore quo minus indigebãt/ ⁊ quo ꝛsueuerũt homines minus ipam portare. Aurũ vero argentũ et pecuniã cõsueuerunt hoies querere simpliciter ⁊ absolute siue in via siue in termino: ideo simpliciter interdixit eis. Similiter calciamentis ꝓpter itineris asperitatẽ magis indiget homo in via/ ꝙ in termino. Tunicis etiã vt se possit mutare magis indiget viator ꝙ quiescens domi. virga quoq; defensionis vel sustentationis tam magis hõ indiget in via/ ꝙ termino. Ideo ꝓma tria scz aurũ argẽtum et pecunia/ ꝑm Matth. fuerũt aplis interdicta simpliciter et absolute: reliqua vero quatuor/ pera calciamẽta ⁊ due tunice in via/ fuerũt ꝑm Mar. eis inhibita ꝑ se ⁊ ꝓmo in via. Ex cõsequẽti aũt et ꝑ locũ a minori cõstructiue fuerũt eis inhibita etiam in domo: vnde ⁊ post ascẽsionẽ manẽs petrus Hierosolymis ait claudo Act. iij. q̃n ad oraꝛdũ nõ ad predicandũ ibat/ Argẽtũ et aurũ nõ est mihi. supk. nec Joãnes: q: ꝓ vtroq; loquebak Petrus. vnde ait ibi/ Respice in nos. Nõ verbũ ptractans Aug⁹. in libro de miraꝝbilibus sacre scripture/ dicit sic: In excusatione eleemosyne/ paupertatis ꝓfessione/ petrus paralytico dixit/ argentũ et aurũ non est mihi: in noie iesu christi nazareni surge et ambula. Illud magistri preceptũ seruans/ Nolite possidere aurũ ⁊c. Qui em soli deo seruiẽs: de iniquo mãmona expeditus fuerit/ verbo impij morbo ligatũ cito soluebat. et Ambro. sup illud Matth. x. Nihil tuleritis ⁊c. dicit sic: Si ꝓhibemur aurũ possidere: quid eripere aplis Petrus pius dñice executor sentẽtie/ nõ in vacuũ effusa dei preceptа custodiens/ quũ poscereк a paupere/ vt ei aliq̃d pecunie largireк: ait. Argentum et aurũ nõ habeo: nõ tãtum in hoc gloriak Petrus/ ꝙ aurũ ⁊ argentũ. Nõ habeat ꝙ ꝙ seruet dei mandatũ q̃ ꝓcepit: Nolite possidere argentum ⁊ aurũ ⁊c. hec Ambro. et facit. xxj. q. iij. ira. Et si quaratur/ quomodo apostoli qui ibãr per ꝓuincias inhospitales poterãt trãsire sine pecunia et sine pera? Dicendũ ꝙ lex sic ꝓuidet ꝓceptũ dak ꝑ loco ⁊ tpe possibili: q: casus necessitatis nõ subiacet legi: sed est sup: a legẽ: vt patet Mat. xij. Mar. ij. ⁊ Luc. viij. et de cõ. dist. v. discipulos. ⁊ eꝛ de reg. iuꝛ. qđ nõ est. ideo ꝑ loco ⁊ tẽpore necessitatis/ quo aliter aplis subueniri non poterat: ad hoc ꝓceptum nõ astringebank. Sed ex hoc nõ sequik ꝙ tunc ꝓpietatem ⁊ dominiũ aliũ habuisseнt: qm̃ necessitas aliũ nõ respicit. ꝓprietatẽ ⁊ dñium: sed vsum ⁊ modũ vtendi. portare em̃ pecuniam ꝑ viam ⁊ ipsam expendere ꝑ se vel ꝑ aliꝭ loco ⁊ tẽpore necessitatis nõ includit necessario habere ꝓpietatẽ et dñium eius: q: vsus pecunie est separabilis a ꝓprietate ⁊ dñio eius: vt supra ostensum est: ⁊ ꝑm modum quem dant Nicolaus. iij. et Clemens. v. fratribus minoribus: quũ deponik pecunia apud nuntiũ vel depositariũ ꝓsentatur a fratribus ꝑ necessitatib⁹ eoꝝ/ vel ꝑ dante: vt patet eꝛ de ꝛ. signi. exijt. li. vj. ⁊ de ꝛ. signi. exiui. in Clemẽ. Similiter de alimẽtis quibuscũq; quia vsus alimentoꝝ est se parabilis a ꝓpietate et dominio in speciali et in cõmuni quacũq; cõmunitate speciali vt supra ostensus est: ideo et hoc ꝙ apostoli legantur habuisse panes et pisciculos in deserto: non sequitur ꝙ tunc habuerint in eis ꝓprietatem ⁊ dñium aliq̃d: quũ sit multiplex modus habendi. ff. de ꝛ. sig. l. habere duob⁹ modis. ⁊ ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista. §. habere dupliciter accipitur. ff. de pre. c. seruus. ⁊. l. id vestimentũ. ⁊ no. xij. q. j. c. ij. in glo. ergo. ⁊. ⁊ nõ

dicatis.in glos.nunquid.ꝛ legitur ꝛ no.xxiij.q.vij.qđ aũr. in glos.non intelligas.quia Judas dicitur habuisse locu los: vt patet Joã.xij.ꝛ.xiij.ꝛ tamẽ iudas nõ dicit habuisse in loculis pp:ietatez: licet loculi illi essent de rebus q̃ vsu cõsumunt:q: hõ potest consumere dñium rei aliene/sicut potest cõsumere dñium rei p:op:ie. Similiter homo põt trãsferre in alium auth:oritate alterius dñium rei aliene sicut dñium rei p:op:ie:nec semp meum et tuum et suũ ac cipiunt quoad pp:ietatẽ ꝛ dñium etiam in rebus que vsu cõsumunt:sed sepe accipiunt quoad vsum vel quoad me ritum labo:is:quomodo accipit illud Matth.x.Dignus est operarius cibo suo:vel mercede sua.xij.q.ij.quicũq;.ci bo inquã suo/nõ quoad p:op:ietatẽ dñij:ſ quoad pp:ie tatẽ meriti et eq̃tatẽ debiti.vñ glos.dicit ibi/dign⁹ est ope rarius cibo suo.glo.q: omnia eis debenť.isto mõ oia sunt iusto:. ſ.ad Lo:.iij.ꝛ.xiij.q.vij.qđ autẽ.et tñ non omnia sunt iusto:ũ q̃ad p:op:ietatẽ ꝛ dñium. Et ita nõ sequit ꝙ apostoli habuerũt pp:ietatẽ ꝛ dominiũ in p:edictis: sic ut de hoc satis in superio:ibus dictum est.vnde sicut legi tur de apostolis Matth.xiiij.non habemus nisi q̃nq; pa nes ꝛ duos pisces: Jta legit Joã.vj.de quodã puero. Est puer vnus hic q̃ habet q̃nq; panes ho:deaceos et duos pisces.si ergo illi panes et illi pisces fuerunt quoad p:op ietatem dñij apostolo:um/eo ꝙ apostoli dicunt eos ha buisse:eadez ratione et fo:tio:i fuerũt quoad p:op:ietatẽ et dñium illi⁹ pueri:q: legit ille puer habuisse: ꝛ apostoli non habuerũt nisi mediante illo puero:quũ vnam ꝛ eam dem rem et eodẽ modo in simul ꝛ in solidus duo nequeãt possidere.cẽ de pba.licet.ſ.ex p:emissis. Sc̃o dicendũ ꝙ sicut legit Mar.xxviij.ꝛ Mar.xv.ꝛ Luc.viij.quedam mulieres fideles sequebant ch:istũ et apostolos:q̃ ipsos de ꝛuis facultatib⁹ sustẽtabãt/et nutriebãt:et p cõsequẽs vt plurimũ illa q̃ p:o ch:isto ꝛ aplis emebant p tales ps̃onas intermedias p:arabant:ideo et loculos tales vel cõ similes ps̃one custodiebant:p:opter qđ apostoli nec p̃di cationis tẽp:ore:nec tẽp:ore alio de cõmuni lege pecunias po:tabãt. Nã post ꝙ a dño sunt electi:et ad p:edicandum missi/semp vsq; ad mo:tem ꝛ eo:um martyria p:edicaue runt maxime post ascensionẽ ch:isti ꝛ in puinciis sibi de cretis:q: jta ch:istus eis mãdauerat Mar. vltimo. Eun tes in mundũ vniuersum p̃dicate euangeliũ. Licet nõ es sent in actu cõtinuo p:edicandi:qđ fuisset impossibile:sed ho:is et tẽp:oribus et locis cõgruentibus.ar.eo:ũ que le guntur ꝛ no.de cõ.dist.v.nunq̃.in glo.ſ.ꝛ.xxxvj.di.c.vltimo. Nam ꝛ aq̃ quotidiana est ꝛ assidue duci dicit etiam si in terdum nõ ducať.ff.de aqua quoti.ꝛ esti.l.ſ.ſ.ꝛ.l. sequẽ. cum ſi.imo etiã quãdo discipuli fuerunt in samariã cibos emere Joã.iiij.non habeť:nec haberi potest/ꝙ ipſi pecu niã po:tabãt:quia potuit fieri illa emptio mediãte aliq̃ p̃ sona idonea alia:sicut in deserto legitur ꝙ ipſi mediante ministerio illius pueri habebãt quinq; panes ꝛ duos pi sces. Quis etiam ſi tunc pecuniam po:tassent: pp̃ter ca sum necessitatis fuissent excusati:quia samaritani nõ erãt de gente iudeo:ũ:sed erãt iudeis inhospitales non come dentes cum eis. Joan.iiij.vnde Luce.ix.legit ꝙ quũ ipse misisset in samariã vt pparẽt sibi:et nõ receperũt eũ. xxiij. q.iiij.quod ch:istus.ꝛ.c.ca vindicta.apli etiã post dñi ascẽ sionẽ legunt habuisse in suo comitatu honestas mulieres que ipſis ministrabãt:sicut ptz.ſ.ad Lo:.ix.exceptis Pau lo et barnaba: qui p:o parte ne offendiculum.ſ.ad Lo:. viij.darent euangelio/de labo:e manuũ suarũ viuebant. ſ.q.ij.sacerdos.de con.dis.v.nũq̃. In parte vero vel p tẽ po:e de p:edicatione euangelij ducebant vitam suam: vt patet.ſ.ad Lo:.ix.ad Philippẽ.vltimo.ij.ad Timoth.ſ.ac alijs locis:non tamen p:opter hoc Paulus et barnabas pecuniam communiter po:tabant tempo:e p:edicatio nis:nec alio tẽp:ore. Nec credo posse inueniri ꝙ vnq̃ p:o seipſis pecunias po:tauerunt:nec etiam p:o alijs. Quis saluo iudicio melio:i/p:eceptum de non po:tando pecu niam/videať datum apostolis p:o seipſis; non p:o alijs; ne scilicet ipſi p:o semetipſis cupiditatis vel pusillanimi tatis intuitu pecuniam deferrẽt. non autem videtur eis fuisse interdictum/ꝙ non possent aliquotiens/pietatis intuitu necessitate interueniẽte p:o alijs maxime sanctis pauperibus pecuniam deferre: quod innuitur vel ar. ad hec.ſ.ad Lo:.vlti.ibi: Ꝛ et ſi dignum fuerit vt ego eã me cum ibunt.ꝛ ad Rom.xv.c.ibi/Nunc igitur p:ofician hie rusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim macedo nia et achaia collationẽ aliquam facere in paup̃es sanc to:um: qui sunt in hierusalem.

Bona vsu consumptibilia quibus ch:istus ꝛ apostoli vtebantur erãt mere bona vsus.

Jaũt querãť quo ru erãt immediate quoad dominium bona vsu consumptibilia/quibus ch:istus ꝛ apo stoli vtebantur/Dicendum ꝙ in parte erãt (vt videtur) dantium et offerentium. Quãdo ch:istus et apostoli inuitabantur ad comedendum et bibendum ab aliquo fideli et deuoto:tunc vt plurimum dominium ei bi et potus remanebat apud inuitantem et cõcedentem: vsus vero erat ch:isti et apostol:um. Et hoc est quod di cit Hieronymus/ꝙ ch:istus alieno cibo vescebatur. Illa vero que fideles deuoti dabant ch:isto et apostolis libe re et absolute absq; aliqua retentione dominij videntur fuisse de iure cõmuni vniuersitatis fidelium p:o quib⁹ se ipsum dare venerat et offerre. hinc est ꝙ in deserto de q̃nq; panibus et duobus piscibus ei oblatis/satiauit turbam vniuersitatis credentium in eum. Joã.vj.xxxvj.dist.ſ. ec ce. Matth.xiiij.ꝛ similiter de.vij.panibus et paucis pisci culis. Mar.vj. Matth.xv. Hinc est etiam ꝙ vestes ch:isti per milites diuise sunt in quatuo: partes/significates quatuo: partes o:bis: de quibus.xcvj.di. Constantin⁹.v. ecclesijs. Et in runica incõsulti significãte vniuersitatẽ or bis.ar.xxiij.q.ſ.quoniã.in p:in.ad quam et quas pertinet de iure cõmuni dominiũ rerũ tempo:alium ch:isto ꝛ apo stolis oblatarũ/eo ꝙ vestes co:po:ales substantia seu supellex rerũ tẽp:oraliũ designatur.de iure vero speciali videtur fuisse vniuersitatis pauperũ:quo:um ch:istus et apostoli specialẽ curam assumpserant. Et eis ex primaria abdicatione omnia eroganda decreuerãt/iuxta illud ps. cxj. Disperfit dedit pauperib⁹. hinc est ꝙ ch:istus cũ apo stolis loculos aliquoties specialiter ad inopũ ministeriũ. xij.q.ſ.habebat.arg.lxxxij.dist.eps.ꝛ.xvj.q.ſ.quoniam. vel semp remanebat dominium apud dantem vsq; ad cõsum prionem rei:q: nõ potuit a se dominium abdicare ꝛ illud in incapaces trãsferre: vt est exp:essum cẽ de ẽ.signi.eccle. li.vj. Item querẽdum est de domo Philippi vnius de septẽ diaconib⁹ de qua dicitur Act.xxj. Et intrates domũ philippi euãgeliste q̃ erat vnus de septẽ:mansimus apud eum.quo dicebatur Philippi post missionem spũsancti: quũ esset discipulus p:ecipuus ab aplis constitutus. Aut dicebatur sua q: tunc erat quoad dominiũ sua:aut q: pus fuerat sua si erat sua p:op:ia. Et ſm opponentem nõ fuit alia lex discipulo:ũ et apostolo:ũ quoad contemptũ tem po:aliũ vt opponit:ergo q̃libet aplo:um in speciali pote rat sibi retinere domum in speciali et in p:op:io:qđ est ex p:esse cõtra ch:isti cõsiliũ/Mat.xix.et cõtra id qđ dicitur Act.iiij.ꝛ.xij.q.ſ.c.ij. Si autẽ domus illa dicebať eius quia fuerat eius:ſz nũc nõ erat.eadẽ ratione domus Petri dicebať ei⁹ q: fuerat quoad dñium ei⁹. Mat.viij. Jdẽ dicẽ dum est de domo marie matris Joãnis/qui cognomina baťur Marcus:que erat vna de p:ecipuis credentib⁹ que erat Hierosolymis: de qua Act.xij. Cõsideransq; venit ad domũ marie matris Joannis:que dicebať sua q: fuerat: vel q: inhabitabat eam:q: aliis credentib⁹ cõmunicaue rat.sua et quãtum ad vsum/et quantũ ad dñium:vt p:e.c. xij.q.ſ.c.ij. Inter alia opponitur ꝙ etiam apostoli licet non litigasse in iudicio legaňt:tamen ꝙ eis litigare licue rit:quia verba illa Mar.v.ꝛ Luc.vj.Qui vult tecum i iu dicio cõtendere et tunicam tuam tollere:dimitte ei ꝛ pal lium.intelliguntur ſm opponentez de his qui in p:op:io

rēpo:alia possidebāt. loquīt em̄ dñs illi qui tunicā habe/bat et palliū. quū dicit/Si quis voluerit tunicā tuā tolle/re: dimitte ei ⁊ pallium. sic etiam sequīt ibi: Qui petit a te da ei: et volenti mutuare a te: ne auertaris. Ex qb⁹ patet ꝙ habentibus rēpo:alia est locus quū dixerit/ꝙ der ei q̄ a se petit. qō nō posset facere quū dare sit accipientis face/re. l.q. l. qui studet. nisi dñus etiā q̄d rēpo:alia obtineret. nec etiā mutuare posset: nisi ei⁹ qō mutuaret esset dñs: quū in mutuo a mutuante in eum q̄ mutuum recipit rei mutuate dñium transferat. l.xxxviij. dist. in palea. ejiciens. vnde dicit mutuum quasi de meo tuū. Sed ad hoc dicendum est/ꝙ predicta verba fuerunt dicta etiam apostolis in sermone sancto de mōte/ante quē sermonē apostoli fuerunt electi: vt patet Luc. vj. ¶ Factum est autē in diebꝰ illis/exijt in mōte o:are. Et quū dies factus esset vocauit discipulos suos et elegit. xij. ex ipsis: quos ⁊ apostolos nominauit petrū ⁊c. Et sequitur ibi/Et descēdens de monte cū illis ⁊c. Et sequit ibi/Et ipse eleuatis oculis suis in discipulos/dicebat. Beati pauperes spū ⁊c. Et sequit ibi/Et ab eo qui aufert tibi vestimentum etiam tunicā noli phibere. Et. j. et sequit ibi. Et qui aufert que tua sunt ne reperas ⁊c. hec ibi. Itē super illud Mar. v. Accesserunt ad eum discipuli ei⁹ ⁊c. dicit glos. quos ibi cōstituit. xij. Item alia glos. dicit ibi sc̄z Mar. v. sic aplos p:eeminentius abducit vt a monte p:ius. pō. lxxj. Montes. i. apostoli suscipiūt pacem pp̄ko. eī de elec. fundamenta. li. vj. Item sup illud Mat. ix. Vidit hoiem sedentē in teloneo/Matthēū nomine. dicit sic glos. Hinc ꝓbabilius videtur ꝙ ꝓtermissa memo:at quū. xij. elegerit ante sermonē. vnde verba de nō reperendo sua/fuerant data apostolis vt viris pfectis p modū p:cepti: alijs vero generaliter p modū cōsilij. vñ ⁊ signāter dicit ibi Mat. v. c. Et accesserūt ad eum discipuli eius. q: aliud est accedere ad ch:istū p obedientiam p̄cepti: aliud p obedientiā cōsilij. vnde Aug⁹ sup homil. ibi. Et accesserūt ad eū discipuli ei⁹: dicit. Ut audiēdis verbis illis hi essent etiam co:po:e vicinio:es: q̄ p̄ceptis imꝑēdis aio app:opinquabāt. Unde qō dicit opponens ꝙ talia verba fuerūt dicta habentibus rēpo:alia p verba illa/Qui voluerit tunicā tuam tollere: dimitte ei et palliū. et ei qui aufert que tua sunt: ne repetas. ⁊ qui petit a te da ei. Dicendū ꝙ tuum est equiuocum et cōmune ad tuum quoad dñium et tuū quoad vsum. vnde ad ¶ Philip. j. Eo ꝙ habeā vos in vinculis meis. ⁊ j. Ita vt vincula mea manifesta fierent in ch:isto. ⁊ j. Vinculis meis abundāti⁹ auderent. ⁊ j. Existimantes p:esturam se suscitare vinculis meis. Et j. apostolus quātū in eodē. c. asserit vincula sua: que ī non erant sua quoad pp:ietatē ⁊ dñium: sz quoad seruitutē ⁊ supplicium. Item Coloss. vlti. Memo:es esto te vinculo:ū meo:ū. ⁊. ij. ad Timo:. j. Et catenam meam non erubuit. Et illud ps. cxv. Dirupisti dñe vincula mea. Et si vincula nobis incōmoda dicunt nostra abscō oī nostra pp:ietate ⁊ dñio: multo magis vestimenta nobis cōmoda sepe dicunt nr̄a abscō omni nr̄a pp:ietate ⁊ dñio. xiij. q. vij. quod aūt. ⁊ no. xij. q. j. nō dicatis. Similiter qō arguit de mutuo nō valet: q: sicut meum est equiuocū vt dixi: ira ⁊ mutuū qō descēdit ab hoc pnoīe meo: est equiuocū et cōmune ad mutuum quoad dñium/⁊ ad mutuū quoad cōmodū. Et isto scō modo accipit mutuum. iiij. Reg. iij. Vade et pete mutuū ab omnib⁹ vicinis tuis vasa vacua: ⁊ nō pauca. vbi mutuum nō fuit factum quoad dñium accipientis: sed solum quoad cōmodum necessitatis. Similiter eodē li. c. vj. quidā de filijs ꝓphetarū de ferro securis qō sibi ceciderat in Jordane/dixit heu heu heu dñe mi/⁊ hoc mutuo acceperā. vbi mutuū nō fuit effectū quoad dñium passiue mutuātis: sed solum quoad cōmodum. Et ita in mutuo non semꝑ transfert dominium rei mutuate in accipientē. Nec semꝑ locū habet in pecunia: nec in alijs que vsu consumūtur. Et per consequens non opo:tet ꝙ ille qui mutuat actiue/ex hoc ꝙ mutuat: fit dominus rei mutuate: quia homo potest auth:itate alteri⁹ mutuare rem alienam sicut p:op:iam: licet mutuans rem aliquam auth:itate pp:ia fit dñs eius: tñ mutuans rem aliquā quacūq; auth:itate ⁊ nomine alterius ⁊ nō suo/nō op:tet ꝙ fit dñs eius/⁊ maxime quoad res que non cōsumunt vsu/sicut sunt vasa ⁊ instrumenta ferrea et bona mobilia quecūq;. vnde ⁊ religiosi sine pp:io viuere pñtentes/tota die mutuant seu commodant sibi libros suis vsibus deputatos: quoz tñ libro:ū adinuicem mutuato:z neuter sz nec dans nec accipiens habet dñium ipoz. quū neuter ipso:ū fit capax in speciali alicuius pp:ietatis. Et si dicat ꝙ in talib⁹ nō reperit mutuū: q: mutuū est in solis rebus q̄ vsu cōsumunt. Dicendū ꝙ mutuum fm ꝙ de ipso loquit scriptura sacra: reperitur in quibuscūq; rebus siue vsu cōsumptibilibus siue nō: vt patet ex p:emissis auth:oritatibus: vnde scriptura accipit distincte mutuū p:o cōmodato: et econuerso accipit accōmodatum indistincte p:o mutuo: et sic accipit mutuo Mat. v. ⁊. Luc. vj. put mutuum est equiuocū ⁊ cōmune ad mutuum quoad dñium/⁊ ad mutuū quoad cōmodū. vnde sup illud Mat. v. ⁊ volenti mutuāre ne auertaris. dicit glos. duo genera p:estādi cōplectitur. vel em̄ beneuole damus: vel reddituro cōmodamus. Et sup illud Luce. vj. Et si mutuum dederitis ijs a quibus speratis accipere: q̄ vobis gratia? dicit glos. sic/Duo sunt genera beneficij. vel quū beneuole damus quod damus: vel quū reddituro cōmodamus. Et sup illud Luc. vj. Mutuū date nihil inde sperantes. dicit glos. sic. Non in homine spem mercedis figentes: qui si nō reddat quod cōmodastis: reddet deus quo iubente fecistis: siue non reddat hereditas nostra in eternū erit. ¶ Item arguit oppositor ꝙ apostoli potuerūt in iudicio petere. q: Mat. xviij. dixit ch:istꝰ discipulis vbi erat petrus vt se quit ibi: Tunc accedens petrus ⁊c. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. ⁊. j. dic eccl̄ie. ergo ⁊c. Itē illud apostoli. j. ad Cor. vj. Jā quidem delictum est in vobis ꝙ iudicia habetis ⁊c. Intelligitur dictum fm oppositorē nō talibus ꝑsonis qui a se dñium omniū rēpo:alium abdicarunt. loquebatur em̄ apostolus Corinthijs: qui nō renuntiauerunt bonis suis: vt patet. j. ad Cor. vlti. de collectis quas faciebant. et Augꝰ etiā dicit/ꝙ nō legit ꝙ cōuersi ex gētibꝰ cōmunicauerint sua. Unde dicit oppositor: ꝙ p:ecepta illa data Matth. v. Si quis te p:ocusserit ⁊c. Et qui vult tecum in iudicio contendere ⁊ tunicā tuam tollere: dimitte ei et palliū. et quicūq; angariauerit te mille passus ⁊c. nō sunt seruāda in executione operis fm Augustinū in libro de sermone dñi in monte: sed semp in p:eparatione animi sunt habenda: vt sc̄z simus parati hec facere et sustinere/qñ charitas hoc requiret. et ad hoc allegat. xxiij. q. j. paratus. cum. §. p:ecedenti. ⁊ p:opter hoc fm eū non dicit apostolus. j. ad Cor. vj. Quare nō iniuriam accipitis. sed dixit quare non magis iniuriam accipitis. ¶ Reperit etiā oppositor: de apostolis/ꝙ nō fuerunt electi ante sermonē factū in monte/Matth. v. Ad hoc dicendum/ꝙ sicut sup:a dictum est: apostoli electi fuerūt ante sermonē: sicut patet Luc. vj. ⁊ ex sex que colliguntur ex sermone illo/Matth. v. Et primo ex eo quod dicitur: Accesserunt ad eum discipuli eius. sc̄z. xij. vnde glos. ibi/Quos constituit ibi. xij. ergo discipuli qui dicuntur p:opius ad ch:istū accessisse: fuerunt xij. apli iam ab ipso p:electi. p:opter qō dicit Augꝰ ibi: Ut hi etiam essent co:po:e vicinio:es: qui p̄ceptis adimplendis animo app:opinquabant. Secūdo patet ex eo quod ch:istus dixit ibi/Vos estis sal terre. qō de solis. xij. intelligitur ad literam esse dictum: quia ceteri alij discipuli erant per. xij. apostolos postea spiritualiter sale sapientie condiendi. sal enim sapientia est. eliij. distin. sit rector. apostoli vero a solo ch:isto fuerūt sale sapiētie celestis cōditi. Et hoc est quod dicit ibi glos. tracta a Hiero. sic: Sal facit terram sterilem. vnde irati victores destruentes vites salē seminabant: ne quod in eis germen oriretur. ira et apostoli destructo peccati regno/germen vitio:um cōpescunt. hec glos. Et alia glos. dicit sic: Ut enim non est ci-

bus aptus nisi sale conditus: ira senno non est vtilis sine documento apostolice sapientie. vnde in Leuitico. j. c. Iu omni sacrificio sal offeres. i. in omni quod facis vel dicis apostolicam sapientiam habe. hec glos. Item Chrysostomus ibi. In quo monstrat. q necessario hoc iniungit. non enim pro vestra vita: aut pro vna gente: sed pro vniuerso orbe vos merito etsi alios mordentes mala audiatis. gaudere. hoc enim est opus salis mollia mordicare: qre alior maledicto nihil vobis nocet. xj. q. iij. §m. & c. temerariū. & §. Item Salomon. xxiij. q. iij. cum sancti. sed est testis vestre virtutis. Item Hilarius ibi. Est autē hic propterea querenda verborū aks dictorum: quam et apostolorū officium: et ipsius salis natura monstrabit. hoc igitur in oēm vsum humani generis effectum. incorruptionem corporibus quibus fuerit aspersum impertit: et ad omnem sensum conditi saporis aptissimum est. Apostoli autem sunt rerum celestium predicatores et eternitatis velut satores merito sal terre nuncupati: quia per virtutē doctrine qua fi salientes eternitati corpora seruant. Item ibi Remigius: Sal etiam per aquam et ardorem solis et per flatū venti in naturam alterā cōmutatur: sic et apostolici viri per aquam baptismi et ardorem dilectionis. et flatu spiritussancti. in spiritualem regenerationem cōmutati sunt. Sapientia etiaz celestis per apostolos predicata exiccat humores carnalium operum. aufert fetorem et putredinem male cōuersationis. et vermem libidinose cogitationis. et illum de quo dicit propheta Esa. vlti. in fi. Vermis eorum nō morietur. Sunt etiam apostoli sal terre. i. hoīm terrenorum: qui amando terram. terra vocantur. Vel sm Hieronymū. apostoli sal terre nuncupantur: quia per illos vniuersum hominum conditur genus. Petrus tamē apostolus hoc verbum. Vos estis sal terre. ad omnes sacerdotes extendit. xcij. dist. sacerdotes. Adde hic qd scribit. s. de sale in. §. O gloriosa ciuitas. d. cum eīm. in ar. liij. Tertio hoc patet ex eo quod ibi subiungitur. Si sal euanuerit: in quo salietur: ad nihilum valet vltra nisi vt mittatur foras. qd de solis apostolis intelligendum est ad literam: quia ceteri discipuli si euanuissent: vel infatuati fuissent: potuissent per apostolos sicut per superiores saliri et reparari. Apostoli vero qui erant supremi: non habebant alios superiores per quos potuissent saliri: et ad statum pristinum reparari: ideo & hoc est qd dicit ibi glos. sic. Si vos per quos alij condiendi sunt: aduersis vel prosperis cesseritis: per quos vobis error auferetur quū vos deus elegerit tollere alijs? Quarto patet ex eo quod ibi sequitur: Vos estis lux mundi. qd de solis apostolis intelligit: per quos alij erant illuminādi. et hoc est qd dicit ibi glos. sic. Dic ostenditur officium apostolicū: quia scilz sunt sal terre et lux mundi. Item ibi Chrysostomus. Apostoli dicti sunt prius sal propter indeos: vel propter populū christianum. a quibus deus cognoscitur: quos seruant in dei sciēria. lux autem ppter gētes quas ad scientie lumē pduc̄it. Jrē ibi Hilarius. Natura eīm luminis est. vt luce quocūq circūferatur emittat: illatūq edibus tenebras interimat luce dominante. Jgitur mundus extra cognitionem dei positus obscure tenebratur ignorantie tenebris: cui p apostolos lumen scientie inuehitur: & cognitio dei claret: et de paruis exīū corpusculis quocūq incesserint lux renebris ministratur. Item ibi Remigi⁹: Sicut aūt dirigit radios suos ad effugandas humani cordis tenebras. Quinto patet per id qd dicitur ibi. Nō potest ciuitas abscondi supra montem posita. vsq ibi. coram hominib⁹ &c. Que quidem verba pncipaliter et precipue de apostolis qui supra montem vniuersalis ecclesie constituti. ceteris alijs discipulis prefecti sunt. xxj. dist. in nouo. dicta intelliguntur. vnde ipsi soli velut lucerne celestis fulgoris sup candelabrū militantis ecclesie positi. ceteris prestant lumen gratie multiformis. vt glos. ibi dicit sic. Quia apli fundamenta sunt apte ciuitas dicunt. probat ex de elec. fundamenta in prin. li. vj. Et sup illo verbo: Sic luceat lux vestra glos. Lux tenebras solvit et postea illustrat: sic apli expulsis vitijs deducunt ad lumē fidei & cognitionis. Jrē ibi Hieronymus. Ne aūt apostoli abscondant: sed tota libertate se pdant: docet eos fiduciā predicandi quū dicit: Nō pōt ciuitas abscōdi &c. Sexto apparet ex eo qō ibi sequitur: Qui autē soluerit &c. vsq ibi. regno celorū. Ex quib⁹ apparet insinuatur. q erant iam apostoli a christo cōstituti predicatores veritatis quū dicit: & docuerit sic homines &c. j. qui fecerit et docuerit &c. Tunc autē fuerūt apostoli electi ad apostolatum: qū fuerūt cōstituti predicatores veritatis a christo: sicut patet Mar. iij. c. Et ita nō est dubium q̄n apostoli in sermone dñi in monte essent iam ante ipsum sermonem electi. ¶ Aliud qō opponit & est q preceptum de nō litigando. et de non prendendo in iudicio datū Mat. v. & Luc. vj. et. j. ad Cor. vj. non semper est seruandū a viris pfectis quārum ad opis executionē. sed solū quantuz ad animi ppārationē. Et q hoc dicat: Aug⁹ vt supra dictū est xxiij. q. j. parat⁹. qō est manifeste cōtra intentionē sacre scripture. & Augustinū ac doctrinā sacrorū doctorū. Ām in isto precepto siue cōsilio dato Mat. v. Si qui vult tecum in iudicio cōtendere: et tunicaz tuam tollere: dimitte ei et pallium. Et in illo dato Luce. vj. ab eo. Qui aufert tibi vestimentū: etiā tunicā noli phibere. & qui aufert q̄ tua sunt: ne repetas. Continentur duo. vnum affirmative: & aliud negative. Illud qō ptinet affirmative est. vt auferenti tunicam dimittamus. et & pallium. et ecōuerso. auferenti vestimentū dimittamus ei et tunicā. et istud absq dubio nō est semp seruandū exterius in opere: sed semp tenendum est in animo ppārato. q: preceptum affirmatiuū non obligat p semp vt est etiā illud: Si quis percusserit te in vnā maxillam pbe ei et alteram. Luc. vj. Et sic intelligit Aug⁹. et sic intelligit cū Gratianus. xxiij. q. j. §. his ita respondetur. quū dicit ibi precepta patientie. et sic loquit expresse. c. sequēs. paratus. Aliud qō cōtinet seu implicatur negatiue in illo precepto seu cōsilio est. q̄ non cōtendamus in iudicio p pallio seu tunica nec quacūq re tepoz. alia nec nobis ablata iudicialiter repetamus: nec etiam auferenda iudicialiter phibeamus. Et istud semper est seruandū a viris pfectis quoad opis executionē. & nō solum quātum ad animi ppārationē. Sic et in illo precepto. Qui percusserit te in vna maxilla &c. includuntur duo. vnum affirmatiue. scz q̄ percutienti vnā maxillam. ei alterā pbeamus. et istud nō semp faciendū est in ope exteriori: sicut probat Aug⁹. de christo & paulo: quoz neuter in maxilla percussus prebuit corpus aliter alterā: vt pte. c. paratus. Aliud qō includit in illo precepto negatiue. q̄ percutienti nos in quacūq parte corporis nō repercutiamus. & istud seruandū est in opere exteriori maxime a viris perfectis: nisi in casu quū quis tenet locū presidentis: vt pater pcutit filium: et dñs seruum corrigendo. iudex reum puniendo. xxiij. q. iij. q peccat. ad fi. ideo christus nunq̄ percussit: sed petro percutienti dixit. Conuerte gladium tuum in locum suū. Mat. xxvj. & xxiij. q. j. §. j. & q. iij. §. j. demōstrans facto & exemplo malo nō esse corpus aliter resistendū. vnde in predicto loco. Conuerte gladiū &c. Raban⁹ dicit sic. Oportuit etiam vt author gratie fideles patientiā docerer: vt potius ad sustinendum aduersa instrueret. q̄ ad vindicandū puos carer. Item ibi Aug⁹ cōtra faustum. Nam vtiq dñs iussserat vt ferrum discipuli eius ferrent: sed non iusserat vt ferirēt. quid ergo indignum si petrus post hoc peccarum factus est pastor ecclesie: sicut moyses post percussus egyptium factum est rector synagoge. vterq eīm nō detestabili inmanitate: sed emendabili animositate regulam excessit. vterq odio improbitatis aliene. sed ille fraternitatis dilector: licet adhuc carnali tamē amore peccauit. vnde et christus arguit Jacobū & Joānē petentes vindictā ignis contra samaritanos. Luc. ix. & xxiij. q. iij. ea vindicta. Et christus docuit Matth. v. non resistere malo. vbi Chrysostomus. Sine enim hoc mandato legis mandarum stare nō potest; q uia si sm legis mādata Leuitici. xxiij. xxiij. q. iij.

§.ex his cum.c.seq.omnibus reddere malum p:o malo ce perimus:omnes efficiemur mali:eo q̄ persequētes abū dant.Si aut̄ fm chr̄isti mandatum Matt̄h.v.nō resistī mur malo. etsi mali nō leniuntur:tamē boni permanebūt boni.Item ibi Hieronymus.Dūs ergo noster vicissitudi nem tollens trūcat initia peccato:ū. In lege nāq̄ culpa emendat:hic peccato:ū auferuntur exo:dia. vnde ꝛ Am bro.sup̄ de sancto Joseph dicit/q̄ p:opterea chr̄istus p:o hibuit discipulos non po:tare virgam:vt instrumenta eri peret vltionis.xj.q.iij.ira.ꝛ Aug⁹ super p:ece.verbo/non resistere malo/dicit sic:Non ait non reddere malum p:o malo:sed non resistere aduersus malum:vt non soluz nō rependas quod tibi fuerat irrogatum:sed etiam non resi stas q̄n aliq̄d irrogetur.hoc est quod consequenter expo nit:sed siquis te percusserit in dexterā maxillam:prebe ei et alterā.vbi etiam Aug⁹/Docet ergo dominus medicus animarū:vt discipuli eo:ū quo:ū saluti cōsulere vellent: imbecillitates equo animo tolerarēt.omnis nāq̄ impo/ bitas ex imbecillitate animi venit:q: nihil innocenti⁹ est ab eo qui in virtute pfectus est. Ybi etiam Aug⁹.Omnia autem in quib⁹ impobitatem aliquā patimur:in duo ge nera diuidunt.quoz alteruz est quod restitui non potest: alterum quod potest.sed in illo quod restitui non potest: vindicte solatium queri solet.Quid em̄ prodest q̄ peruse sus repercutis?nunquid p:opterea illud quod in co:po re lesum est:restituitur?sed timidus et vilis animus talia fomenta desiderat.Item ibi Chr̄ysostomus.Nūquid au tem si repercusseris eum compescuisti eum vt te non per cutiat:sed magis excitasti eum vt adhuc percutiat. nam iracundia per iracundiam non compescitur:sed amplius irritatur.Item ibi Aug⁹.Tenebitur ergo in hoc iniuria genere iste modus a chr̄istianis:vt accepta iniuria nō sur gar odium:sed paratus sit animus plura perpeti:nec co rrectionem negligat.xxiij.q.iiij.quisquis.cum.c.seq.quevel consilio vel authoritate vti potest.p:opter quod etiā apo stolus ad Rom.xij.c.chr̄isti p:eceptū sequens scribit.Nō vos defendentes charissimi:sed date locum ire.xxiij.q.j.§. j.vbi dicit glos.Ille dat locum ire:qui aduersarium pmit tit facere quod vult.Et si viris perfectis non licet se co:po raliter defendere:vt tot o:riginalia p:obant p:opter virtu tem patientie cōmendandam et dilectionez p:oximi/quē debemus in amo:e chr̄isti cunctis rebus tēpo:alibus p:e ferre/etiam vite co:po:ali/ exrollendam. Eadem ratione non licet viris perfectis iudicialiter defendere et conten tiose res suas tēpo:ales p:opter virtutē paupertatis cō mendandam et dilectionem p:oximi:quem debemus in amo:e chr̄isti cunctis rebus tēpo:alibus p:eferre et ante ponere.ad hec.xxiij.q.j.§.j.c.nisi bella.et.q.iij.§.j.ꝛ legitur et no.ex de homici. suscepimus. Et ideo sicut chr̄istus et apostoli nūq̄ repercusserunt excepto Petro: qui in hoc peccauit:vt.s.d. Item ibi Aug⁹.dixi:ꝛ cui ilico dictum est: Conuerte gladium in vaginam: Ita chr̄istus et apostoli p:o rebus tempo:alibus:quibus pax fraterna p:eferen da est:nūq̄ in iudicio litigauerunt:nec contenderūt: nec eo:ū statui cōperit.Et ideo sicut chr̄istus dixit non esse re sistendum malo:ita dixit non esse contendendum in iudi cio.et sub eadem lege p:ecepti interdixit vtrumq̄ immo vnuz cōprehenditur sub alio:q: non p:etendere in iudicio/ est quoddam nō resistere malo. Similiter sicut apostolus dixit Rom.xij. Non vos defendentes charissimi sed date locum ire. Ita dixit.j.Coz.vj. Jam quidē delictū est in vo bis q̄ iudicia habetis inter vos:Quare non magis iniu riam accipitis:quare nō magis fraudem patimini? Ideo fm p:eceptum chr̄isti percussi in vna maxilla/citius de bemus sustinere q̄ percutiamur in alia maxilla:q̄ repau tiamus.Item fm p:eceptum eius spoliari tunica citi⁹ de bemus permittere q̄ spoliemur pallio/q̄ iudicio conten damus.Et eadē ratio est vtrobiq̄:q: sicut minus:imo nec malū est ex parte patientis/nisi malū pene.de quo malo Esa.lxv.ibi/Creans malū.ꝛ.xxiiij.q.iij.quidā.rō. coliciani. malū est p:cuti in altera maxilla/q̄ repercutere: ideo citi⁹ debemus esse parati ad sustinendum in altera maxilla:q̄ repercutiamus:ita minus malū est dimittere palliū q̄ co tendere in iudicio per qđ abijcit̄ vel remittitur pax cū p:ximo:ideo dimissio pallij intelligēda est quoad pparatio nem animi:sed declinatio iudicij contētiosi et litigij intel ligenda est simpliciter quoad executionē opis.Et ideo si cut co:po:alis defensio permittitur fm veniā infirmis'et imperfectis: p:out patet Luce.xxij. vbi chr̄istus concessit apostolis fm veniam/q̄ possent circa tempus sue passio nis ppter ipso:z infirmitatem sumere gladios ad eo:um defensionē: ita in iudicio contēdere et litigare p:o tpalib⁹ rebus pmittitur fm veniam infirmis et imperfectis:ideo apostolus.j.ad Coz.vj.ꝛ.xj.q.j.§.ex his omnibus.secula ria igitur iudicia si habueritis:cōtemptibiles qui sunt in ecclesia cōstituite ad iudicandum.que verba pertractans Gr:ego.xix.li.mo:al.sic dicit.Quia spūalia dona non cape rēt si terrena eos negotia deperissent. longe autē permi/ sit dicēs/Contēptibiles qui sunt in ecclesia illos cōstituite ad iudicādū.ac si aperte dicat:qui mino:is sunt meriti in ecclesia:ꝛ nullis magno:ū dono:ū virtutibus pollēt: ipsi de terrenis negotijs iudicent: quarenus p quos magna nequeant bona:suppleant̄ mino:a.quos et contemptibi les nominat:ꝛ tamē sapientes noīat quū dicit sic.Nō est sapiens quisq̄ inter vos qui possit iudicare fratrem suū. Qua ex re quid colligitur/nisi vt Ji terrenas causas exa minent:qui exterio:ū rerū sapientiam perceperunt.q̄ au tem spiritualibus donis ditati sunt:profecto non debent negotijs implicari:vt dum nō cogunt̄ inferio:a bona dis ponere exercitati valeant bonis superio:ibus deseruire. hec Gr:ego.Et si iudices immediati rerum tempo:alium siue secularium:qui ad hoc constituunt̄/vt dirimant lites et litigia ac cōtentionum certaminis finem ponant.vt.C. de agrico.ꝛ cen.litibus.ex de re iud.iurgantiū.ꝛ de do. et cō.finem.vbi de hoc.ꝛ.c.fi.ex de transac.c.vltimo. vbi de hoc.ꝛ.v.q.ij.si primates.nō debent esse sup:emi et ho norabiles:sed infirmi et contemptibiles in ecclesia:quanto magis sup:emi et perfecti in ecclesia nō debent p:etendere et litigare.vtiq̄ quātomagis distrahit a perfectione cōtē dere in iudicio et litigare q̄ cōtentionem et litigium diri mere ꝛ interimere.iudices em̄ pacem et cōco:diam ferūt procurant ꝛ nutriunt.xc.di.c.penul.ꝛ vlti.ex de treu.ꝛ pa.c. j.litigantes vero ac contendentes rixas et disco:dias pa riūt et accendunt.illi em̄ omne bonū pspectant:isti bona pp:ia affectant et querunt. Item Aug⁹ pertractās p:edi cta verba apostoli in enchiridion.xliij.c.dicit sic.Nā ꝛ hic posset putari iudicium habere aduersus alterū non esse peccatum:si tantūmodo si extra ecclesiam vellet iudicari: nisi securus adiungeret.Jam quidē oīno delictum est in vobis:quia iudicia habetis vobiscum:ꝛ ne quis ita exau saret et diceret se iustum habere negotium: sed iniquita tem pari:quam velit a se iudicij sententia remoueri:conti nuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit atq̄ ait:Quare nō magis iniquitatē patimini? quare nō potius fraudamini?vt ad illud redeat̄ qđ dūs ait Mat. v.xiij.q.j.§.j.Si quis voluerit tunicam tuam tollere:ꝛ in iudicio tecum contendere:dimitte ei ꝛ pallium. ꝛ alio lo co Luc.vj.Qui abstulerit inquit tua:noli repetere. Pro hibuit itaq̄ suos de secularibus cuz alijs habere iudiciū. Ex qua doctrina apostolus dicit esse delictū: tñ quū finit in ecclesia talia iudicia:finiri inter fratres fratrib⁹ iudicā tibus:ex ecclesiā vero terribiliter vetat. Manifestum est etiam hic quid fm veniam cōcedatur infirmis.ppter hoc itaq̄ atq̄ huiusmodi pctā ꝛ alia:licet his minoribus opo:tet vt quotidie creb:oq̄ o:em⁹ dīm/atq̄ dicamus Mat.vj. de peni.dist.j.in actione.ꝛ dist.iij.de quotidianis. Dimitte nobis debita nra.hec Aug⁹. Et ita fm Augustinū non li cet perfectis litigare:infirmis aūt cōceditur fm veniā: si nō fraudulenter ꝛ cum scandalo.vnde.j.ad Thessalo.iiij. Neq̄ circūueniat fratrē in negotio, ꝛ Mat.xviij. Ue illi

per quē scandalū venit. ex de nouī oper. nunt. cū er ínumero. ꝛ Luc. xix. Si quid ꝓ iquē defraudauī: reddo quadruplū. xij q. ij. cū deuotissimā. ꝛ c. in antiquis. ꝛ c. in legibus. Item ad hoc est glos. sequēs intentionē beati Augustini/ q̄ sic dicit sup illud. s. ad Cor. vj. Iam oīno delictū est ínvobis ꝛc. Glos. interlinearis. Ex hoc solo ꝙ iudicia habetis. pcm̄ est em̄ litigare quū pacesse debeat. Item glos. continua. Peccatū ē iudicia habere cōtra alios: sz ne excuses ꝙ hoc iuste agis: occurrit: quare nō magis iniuriam accípitis: vnde dñs Luc. vj. Qui abstulerit tua noli repetere. sz tm̄ hic fm̄ veniam infirmis cōcedit apostolus. hec glos. et sic in fi. determinat. Ut autē p̄dicta verba Augustini in quibus ait peccatū est iudiciū habere cōtra fratres/ sane intelligant: dicendū quid in huiusmodi liceat pfectis: et quid nō. et q̄d infirmis: et quid nō pfectis. Igit licet repetere sua simpliciter/ sine causa/ sine lite/ sine iudicio: sz non cōuenit eis inde mouere causam aī iudicē. Infirmis vero licet repetere sua mouēdo causam ante iudicē et iudiciuz habendo cōtra fratrem: sz nō cōtentiose vel fraudulēter: nec apud infideles iudices. hec glos. Nec obstat glos. per opponentē allegata sup verbo apostoli/ Dia mihi licent s. ad Cor. x. i. omnia mea licet repetere: q: vt ex p̄missis apparet: glos. loquit ibi de modo repetendi sua simpliciter sine litigio iudicio ꝛ contētione. Itē ad hoc est Remigius sup dictis verbis apostoli sic dicens: Duplicāt ꝙ peccatū: ꝛ ꝙ litigant: ꝛ ꝙ in p̄sentia infidelium litigant: a q̄bus blasphematur nomē christianitatis. Jam quidē ostē sum peccatum est in vobis/ ꝙ iudicia habetis inter vos. accusario litē: lis disco: diā: disco: dia odiū generat. ne forte illi dicerent oīno peccatū est si mea requiro: ideo apostolus dixit: In veritate oīno delictum est in vobis/ q̄ contra p̄ceptū dñi agitis: qui dixit Luc. vj. Si quis aufert q̄ tua sunt ne reperas. ꝛ qui vobis pacem suam cōmendauit: quare non magis dānum sustinetis: vt p̄ceptum domini custodiatis. hec Remigi⁹. Item ad hoc est Chrysostomus sup Matthēū dicēs. Indigna res est vt hō fidelis stet in iudicio ante cōspectū iudicis infidelis. vel si fidelis certe secularis et qui te venerari debuerat ꝓpter dignitatē fidei: iudicat te ꝓpter necessitatē cause: ꝛ pdes dignitatē christi ꝓpter negotiū mundi. Deinde omne iudiciū irritatio cordis est: et cogitationum malarū. nam si videris ꝙ causa tua fraudibus aut pecunijs expugnetur: et tu similiter cause tue adesse festinas. et si ab initio hoc cōsilium nō habuisti. Itē idem ibidem. Si semel iudiciū ingressus fueris: iā non cogitas vt veritas cause appareat: sed vt quōcūq̄ victor existas. vnde et in Prouerbio. xij. c. Qui negligit dānum ꝓpter amicum/ iustus est. Iter autē impiorū decipiet eos. ergo a sensu ꝛtrario/ q̄ nō negligit dānus ꝓpter primū: sicut ille qui iudicialiter sua repetit: nō est perfectus perfecta iustitia. vnde glos. inter. dicit ibi. propter amicū. i. ꝓptē christū/ qui dixit Joā. xv. vos amici mei estis. Iter autē impiorū. glos. interlinearis. qui vel sua retinere: vel aliena rapere gaudent. Item glos. dicit ibi sic. Si hoc ad literā accipit: quātomagis est dignus corona iustitie q̄ propter deum/ q̄ dixit Luc. xij. ꝛ Matth. v. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus: vel qui vendens oīa dat pauperib⁹/ Mat. xix. vel rapina bonorū suorū cum gaudio/ Heb. x. patitur: vel carnē suam mortī tradit. Joā. xij. Hoc etiā apparet in Abraam qui p̄ius elegit ius suū ꝓpium/ q̄d in p̄reda de manibus hostium erepta tēporaliter acquisierat. xxiij. q. v. dicat. s. dist. ius militare. ro taliter dimittere: ꝙ honorem sui nominis quoquo mō vellet tēporali cōmodo inclinare seu humiliare. Gen. xiiij. vbi dicit: Leuo manum meam ad dñm meū excelsum possessorē celi et terre/ ꝙ a filo subtegminis vsq̄ ad corrigiam calige non accipiam ex omnibus que tua sunt: ne dicas ego ditaui Abraam. Isaac etiā patriarcha maluit iurī putei q̄ ex paterna successione/ et propria acquisitione ei debebatur cedere: ꝙ contentioni deseruire. Gen. xxvj. vbi etiam puteum p̄o quo non accidit contentio merito appellat latitudo: quia plena latitudo iustitie non possidetur nisi in mansuetudine pacis/ sordes dimissa tempoꝛalium contentione. vnde et ps. cxviij. Latum mādatū tuum. idest charitatis ꝛ pacis nimis. scilicet ad amicos et inimicos nostra tollentes. ex vr li. non con. accedens. ij. ꝛ. ij. ad Cor. vj. Cor. nostrum dilatatum est. ꝛ. s. dilatamini et vos. Hinc etiam de prima multitudi. ne credentium scribitur Act. iiij. et. xij. q. j. c. ij. ꝙ Erat eis cor vnum et anima vna: et omnia communia. nec erat litigiū nec contentio inter eos ꝛc. sed plena concordia/ et pacis tranquillitas. et implebatur ps. cxxxij. Ecce ꝙ bonum et ꝙ iocundum habitare fratres in vnum. vt p̄. c. ij. Nil mirum sup̄a modum est iocundum et delectabile absq̄ omni tempoꝛalium questione litigio et contentione vna nimiter et pacifice viuere: nihil in hac vita felicius: ideo merito dulcitas in qua hec iocunda quies et vnitas p̄cessit hierusalem. i. visio pacis dicta est. hinc apostolus. s. ad Cor. xiij. Charitas non querit que sua sunt. Et si perfecta charitas de qua apostolus ibi loquitur: non querit q̄ sua sunt: quātomagis perfecta charitas non repetit iudicialiter que sua sunt: quum nihil maxime p̄opium habeat. vt. s. probatum est. Si enim perfecta charitas sua non q̄rit: quomodo sua litigando requiret: hinc Phil. ij. Nō que sua sunt singuli considerantes: sed que aliorū. facit. Ipsi. dist. nosse. Omnis enim lis et contentio per iniquitatem extitit introducta. si enim homo non peccasset: nulla de talibus fuisset q̄stio litigiū nec cōtentio. Christus autē reduxit apostolos et apostolicos viros quantū ad cōemptū tēpoꝛaliū/ ad rectitudinis p̄me statum: vt exp̄essum est xij. q. j. c. ij. quare sicut in statu innocentie nulla fuisset questio de tēpoꝛalibus: ita nec apostolis ac viris apostolicis ad statum innocentie quoad hoc restitutis/ licuit in iudicio contendere: aut p̄o talibus litigare. vnde christus licet in maxilla percussus ostenderit nō fuisse peraudiendū: cum bis in passione spoliatus nihil reclamauit. Joā. xix. Una graue sit cōtendere ex hoc apparet/ ꝙ per illud dominū cōcordie amittit: qō in vobis spūssanctus p̄cipue diligit. xxiiij. q. j. ꝯ. si aūt. vnde et in colūba apparuit. Joā. j. de cō. dist. iij. aliquid. Jracundi em̄ suscitant lites et contentiones. Eccl. xxviij. et Phil. ij. Nihil per contentionē. s. ad Cor. vj. Si quis videtur cōtentiosus esse: nos talem consuetudinē non habemus: nec ecclesia dei. ij. Timoth. ij. Seruum dei litigare nō oportet. ex de sindico. c. vnico. Prouerb. xvj. Homo peruersus suscitat lites. Omnis litigiosa iudicialis ex aliqua radice auaritie est. Jaco. iij. Unde bella et lites in vobis: nonne ex cōcupiscētijs vestris: vñ et Seneca. Quietissimam vitam duceret homines: si hec duo tollerētur de medio/ meum et tuum. p̄o hoc faciunt/ xj. q. j. te quidē. et ꝯ. ex his. xiij. q. j. ꝯ. j. ꝛ. ꝯ. quia erga. xvj. q. j. de p̄sentium. Item apostolus ad Ephe. v. Redimentes tēpus: quoniā dies mali sunt ꝛc. vbi Aug⁹. Tempus redimit qui perdit. i. dat de suo vt vacet deo: quasi det nummū vt habeat vinum. et ista est quedā temporis redemptio: vt siquis vult tecum in iudicio contendere post tunicam dimitte pallium: vt habeas cor quierum. ¶ Qui vero obijcitur ꝙ ista p̄cepta fuerunt data generaliter in monte Matth. v. et omnibus perfectis et imperfectis. verū est: sed non vnifomiter: quia apostolis et viris perfectis fuerunt iniuncta simpliciter et absolute: alijs vero fuerūt iniuncta quodāmodo fm̄ quid et sub conditione/ sz si velint absq̄ peccato viuere: et ad perfectionem virtutis attingere. vnde alijs magis fuerunt consilia ꝙ p̄cepta. apparetibus perfectiones p̄cepta. vnde Aug⁹. Sed tu longe es a peccato iniusti exactoris: quo omnino non exigis debitū. ideo ꝙ bon⁹ magister ait: Qui percusserit te in vnā maxillam: p̄hebe ei et alteram. Matth. v. xiij. q. j. qō debetur. Item Aug⁹. Quisquis p̄ceptis nō obtēperat: reus est cōsilio. si vti volueris minus boni adipiscēris: non mali aliquid perpetrabis. xiij. q. . quisquis. ¶ Item qō opponitur de verbo dñi loquētibus sibi discipulis. Matth.

¶In predictis appropriationibus etsi multum offendant omnes religiosi communiter: maxime tamen caueāt sibi fratres minores: qui necin speciali necin communi possunt proprium possidere. vt sepissime.s. allegatū est. Qui etiam non solum promittunt fine proprio viuere: sed promittunt etiam paupertatem. sicut in eorum regula cōtinetur. et ex de excess. prela. nimis prauo. ibi. In arctissima paupertate christo pauperi famulentur. & in decre. eorum Exijt. ibi. Christi semitas arctiꝰ elegerunt: sed arctius non seruant aliqui ex eis. immo amplius abūdant quidam ex eis: q; alij regulares: quia maior ad eos prout communiter habetur deuotio populi: et amplius eis dat: et populi deuotio est eis preuaricationis occasio: quia eam in questum conuertunt. quicquid dicat eorum sancta et apostolica regula/Decest celsitudo altissime paupertatis/& apostolus.ij.ad Corint.viij. Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Quidam tamen eorum pauperes sunt fine defectu: et simplices cū multa malitia. quum tamē paupertati euangelice fm Ambrosium. vt dictum est. penuria sit annexa. Pauperes delicati. contra illud.xlj.dist.non cogātur. Pauperes mathematici in apparentia: non existentia. Pauperes spiritu. i. fine spiritu paupertatis. Querantur talium promptuaria/cathedre libri/et tunice/loculi et alia supellectilia eructuantia et hocin illud.pō.cxliij.si verum dico. Propter quod contra tales arguit papa Clemēs in decre. Exiui de paradiso. de verbo.signi. ex in clemen. q; contrarium faciunt ei qō promittunt. Nunq; enim dicunt quidam ex eis/satis est. xiij. q. iiij. quid dicam. ¶Si queris cuius hodie erit proprietas rei date fratri minori. Respōdeo olim erat domini pape.excepta pecunia que secabat pro dante vsq; ad cōsummationem. vt in decre. Exijt qui seminat. de verbo. signi. in vj.libro. Sed dominus papa Jo. xxij. reuocauit procuratores quos ordo habebat nomine Romane ecclesie institutos: nolēs q; ab illo tempore aliquis in ordine nomine Romane ecclesie procurator possit institui. Renuntiauit en in proprietati omnium rerum quas fratres habent et eis dantur ad vsum. exceptis libris ecclesiasticis et paramentis et locis. vt in sua constitutione continetur. que incipit/Ad conditorem canonum. Ergo necesse est q; quum proprietas rei date apud fratres esse non possit. vt in pre alleg.c.Exijt.et.c.Exiui de paradiso. superius alleg. fit dōtis: vel heredum eius: vel pauperum. quarum dispēsationem habebit episcopus: qui est pauperū pater. C. de epis. et cleri. nulli. C. communia de succes. auc. omnes vero.§.j. ex de iude. cum sit. xij.q.ij. vulterrane. cū.iiij.c.sequen. quia in fratres minores dans transferre nō potuit dominium cuius sunt incapaces: ergo remaneret apud dantem. sicut dicitur de pecunia in pre alleg.c.Exijt qui seminat. & c.Exiui de paradiso. quia nō potuit facere donato: quum in sua donatione leges ecclesie et regula prohibēt fratres minores habere proprium etiam in communi. vēdicēt fibi locum. ex de resta. requisisti. cū simi. Adde hic quod scripsi. j. in.§.ostendunt. ver. sed nec minimus. in ar.lxvj. Quicūq; ergo rem domino concedenti & repetenti frater minor vel communitas eorum nō reassignaret: peccaret mortaliter: quia rem sibi appropriaret: & inuito domino rem alienam contrectaret: quod est furtum. vt superius est probatum. Semper enim nomine dantis detentat frater minor: rem. et ideo sibi eā negare non potest. ex de resti. spolia. cum renisset. Unde & secularis non posset rem illam prescribere: quam alieno nomine possideret. ex de prescrip. si diligēti. et de hoc plene no.xvj.q.iij. clerici. Necres assignata fratri minori de licentia prelati potest transferri in communitatis vsus fine licentia concedentis: quia species furti est de alieno largiri. ff. de furtis. si pignore.§.j. Non peritur ergo licentia a prelato fratre minore a subdito suo fratre rem diligente: vt propterea res illa in vsus trāseat communitatis: sed vt prelatus sciat et determinet cuius rei vsu suus subditus indigeat et quantum. Si autem concedēs vsum rei cōmunitati concedat: tunc prelatus habet videre quis et suis subditis vsum illius rei magis habeat necessariū: et illi debet cōcedere vsq; ad arbitriū dīi principaliter concedentis. Ad hoc facit quod legitur in pre all. decre. Exijt. et ad sup radicta faciūt. ff. depositi. l.j. cōmo. rei cōmodate. ex de preca. c.ij. ex de cōmo. c. vnico. Rerū em quibus fratres minores vtūtur detentores sunt: nō ppie possessores. vt in iuribus pre al. et no. pre al. c. dilectissimis. in glo. ergo aliquis. Nō dicat ergo prelatus vel subditus in ordine fratrum minorū de breuiario/vel veste/vel re alia quacūq; cōcessa eorum communitati vel singulari persone q; ordinis est: sicut tota die dicunt fratres quidam ceci ignorātes hanc tum vel preuaricantes in eo: immo concedentes. q; ordo in communi proprium habere nō potest. vt sepe superius est probatum. Petat ergo licentiam semper frater minor

Lapis pecunia fratri non nocet.

cui aliquid p:o suo vsu assignatur ab aliquo extra o:dinē
a cōcedente: vt re illa possint alij fratres vti vsq; ad sue be
neplacitum voluntatis: alias vsum sibi concessum nō posset
alij concedere sine consensu concedentis: alias furtum talis
committeret. ff. de fur. qui vas. §. si ego. et. l. si pignore. §. ſ.
In affectu igitur ⁊ effectu aliqui fratres minores nō vsu
rij sed p:opietarij sunt censendi: maxime in ser illis condi
tionibus p:opietatis que superius sunt descripte.

Articulus.lxv. A

QVid dicam de de/
narijs et pecunia quo:um vsus ⁊ contre/
ctatio queliber per se et per personam in/
terpositam est eis nedum p:opietas to/
taliter interdicta: vt in eo:um regula et
declarationibus continetur. Pater enim eo:r almus ſſrā/
cissus vir totus euangelicus ad litera etiam in hoc volēs
euangelium obseruare sicut in alijs/saluo intellectu eccle
sie sacrosancte in tribus locis regule sub p:cepto fratrib⁹
per se et per personam interpositam recipere pecuniā in/
terdixit. de quo interdicto Luc. ix. Mat. x. Mar. vj. Nihil
tuleritis in via ⁊c. et. xj. q. iij. ira. Unde Chr:ys. super Mat.
homil. vlti. Si bonū esset aurū habere: hoc vtiq; dedisset
apostolis chr:ist⁹ qui ineffabilia tribuit eis bona. Nunc au
tem non solū non dedit: sed etiā habere p:ohibuit. ideoq;
Petrus non solum nō fecundatus/sed deco:atus in pau
pertate dicit Actuū. iij. Argentum et aurum non est mihi.
Item Bernar. et habetur Mat. vj. et Luc. xij. in euange/
lio. Et perfectionis consilium ⁊ remediū infirmitatis. No
lite thesauri:are vobis thesaurum in terra. hec perfectio
est. si quidem filius hominis vbi caput suum reclinet non
habet. Mat. viij. et Luce. ix. Petro et Joanni nec aurum
erat. Act. iij. Paulus simplici victu vestitu; contentus. ſ.
Timo. vj. hec ipsa labo:e manuum acquirebat. ij. Thessal.
vlti. Sed non omnes capiunt hoc verbum sicut nec consi/
lium castitatis. Mat. xix. xxiij. q. v. qui fitit. Ambr:o. homi
lia. xvj. super Gen. Quid dñs noster suis quidem sacerdo
tibus p:cepit Luce. xiij. audiamus. Qui non renuntiat
oibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Con
tremisco hec dicēs. Meus enim p:imus omnium. meus
inquam ipse accusato: existo: meas condemnationes lo/
quo:. Negat chr:istus suum esse discipulum quem vider ali
quid possidentem: et eum qui nō renuntiat omnibus que
possidet. Et quid agimus: aut quomodo hec ipi legimus:
aut populis exponimus: qui non solū non renuntiamus:
sed acquirere volumus ea que nūq; habuimus ante q̄ ve
niremus ad chr:istum? Numquidnam quia nos arguit cō/
scientia tegere nō p:oferre que scripta sunt possumus? No
li duplicati criminis esse reus. Confiteo: ⁊ palam populo
audiente confiteo: hec scripta esse: etiam si nōdū implesse
me noui: sed ex hoc saltem cōmoniti festinemus implere:
festinemus transire a sacerdotibus Pharaonis, quib⁹ ter
rena possessio est. Gen. xlvij. xxiij. q. vlti. §. q̄uis. ex de im
mu. eccle. non minus. ad sacerdotes domini quibus in ter
ra pars non est: quibus p:tio deus est. xij. q. j. clericus. et
c. cui p:tio. Talis enim erat ille qui dicebat. ij. ad Cor. vj.
Tamq̄ egentes multos autem locupletātes: vt nihil ha
bentes ⁊ omnia possidentes. ex de excel. p:ela. min⁹. Pau
lus hic est qui in talibus gloriatur. hucusq; Ambr:o. Item
super illud Mat. x. in fi. Qui potum dederit vni ex mini
mis istis ⁊c. glos. Minimi sunt qui nihil penitus habent
in hoc mundo, tales fuerunt apostoli.

Ad qđ
fr̄a
ores mi
nores
accepe
re pe
cuniā ha
beant.

TVc autem p:eceptum de pecunia nō haben
da non p:opterea dedit dominus apostolis
q̄ pecunia causaliter aut fo:maliter mala sit
sed quia absq; ea meli⁹ seruatur paupertas
et penuria euāgelica: que est p:ima beatitu
do Fm Amb. Mat. v. Et quia est occasio cupiditatis. Un
de Ambr:o. in libro de offi. dicit. ſſeralis (inquit) auaritia
in illecebr:osa pecunia: que habentes contaminat: non ha
bentes non iuuat. Item Bernar. de colloquio Simonis
et Jesu. Hec fugiendarum diuitiarum p:ecipua causa est:
q̄ vix aut nūq̄ sine amo:e valeāt possideri. Limosa si qui/
dem et glutinosa nimis est nō modo exterio:/verū etiam
interio: substātia nostra menti: et facile co: humanū: om/
nibusq; frequenter adherer. Item Augu. super Ps̄. cxvij.
Non sunt iste vere diuitie: sed mendicitas: que quāto ma/
gis crescunt/crescit inopia auaritie. Non sunt vere diuitie
que plus augent cupiditatē ei⁹q; eas possidet. ¶ B Jrē
de lapsu mundi. Diuitijs nihil tam cauēdum est: q̄ super/
bie modus. Qui enim non habet diuitias: nō habet vnde
se extollat. Jtē de verbis domini. Nihil enim est quod fic
generent diuitie quomodo superbia. Omne germen ha/
bet vermem suum. vermis diuitiarū superbia est. Bi:ego.
ſ. mo:a. Solet (inquit) rerum abundantia tanto a timo:e
diuino mentem soluere: quanto hanc erigit diuersa cogi/
tare. Nam dū foris per multa distrahitur: stare in intimis
fira phibetur. Jdē in homil. super illud Luc. viij. erijt ⁊c.
Quis vnq̄ mihi crederet: si spinas diuitias interp:etari
voluisset: maxime quum ille pungāt: iste delectent: et ta
men spine sunt: quia cogitationum suarum pūctionibus
mentem lacerant: et dum vsq; ad peccatum pertrahunt:
quasi inflicto vulnere cruentant. Jtē Augu. de lapsu mū/
di. Diuitie ipse quas putatis plenas deliciarum: plenio/
res sunt periculo:. Item Ambr:o. in libro de offi. tractans
illud Luce. ix. et Matthei. x. Nolite possidere aurum ⁊ ar
gentum nec pecuniam. Velut falce pullulantem in menti
bus humanis succidit auaritiam. Super eumdem quoq;
sermonem Chr:yso. homilia. xxxij. Non dixit/Nolite vobis/
cum accipere aurū. sed si aliunde possibile est accipere: fu
gite hāc pernicio:am egritudinem. etenim multa per hec
emendabit. P:edicta originalia a principio istius. §. huc
usq; posui etiam. s. in p:ima parte. in. §. quadrage:imus.
ver. fateo:. in ar. xl. Item glos. super illud Matt. b. vj. Hec
omnia adijcientur vobis. Omnia sunt filio:ū. et ideo hec
omnia adijcientur etiam non querentibus. quibus si sub/
trahantur: ad p:obationem est. si detur: ad actionem gra/
tiarum. quia omnia eis cooperātur in bonum. ad Roma.
viij. de peni. dist. ij. §. hec ita q;. ver. in eodem. Augu. super
illud Joā. vlti. Vado piscari. Cur non inuenit vnde viues
ret: quum dominus p:omisit dicens Matthei. vj. P:imo
querite regnū dei: ⁊ hec omnia ⁊c. P:o: sus dñs sicut etiā
p:omisit impleuit. nā quis alius pisces qui caperentur ap
posuit? Item Chr:ys. super Mat. homil. lxiij. Nihil ira ex
tinguit cupiditatis sitim: sicut desistere a lucrandi cupidi/
tate vel concupiscentia. sicut amaram choleram abstinen
tia et euacuatio. ſſacilius est enim existentes homines vo
lare: q̄ a diectione pluris quiescere facere desideriū. Cre
scit amo: nummi quantum ipsa pecunia crescit. xiij. q. iij.
quid dicam. Augu. lib. lxxiij. questionum. Charitatis ve
nenum est spes adipiscēdo:um tempo:alium. Et super il
lud apostoli. ij. ad Cor: im b. vj. Tamq̄ nihil habentes ⁊c.
glos. Hec fuit glo:ia apostolo:/nihil omino possidere: si
ne solicitudine esse: et tam res q̄ earum dominos posside
re. Item habetur in lib. ſ. ecclesiastice histo. q̄ quū Abaga
rus rex p:eciperet dari aurum et argentum Taddeo apo
stolo: ille nō accepit dicēs. Si nostra reliquimus: quomo
do accipiemus aliena? Paulus de se ⁊ aliis apl̄is ait. ſ. ad
Cor. iij. Usq; ad hanc ho:am. glos. id est continue/esuri/
mus ⁊ sitimus. Et alibi dicit se exposuisse latronibus quasi
aliquid po:raret: non obstat: quia illud tractans Ambr:o.
in originali sicait. Quum in ciuitate diabolus eū occide/
re non posset: latrones excitabat sibi in via. quum tamen
nihil ferret quod latrones cuperent. Ambr:o. lib. ſ. de offi.
Officium omne aut mediū aut perfectū est. et hoc in euā
gelio p:batur. Mat. xix. dicit dñs. Si vis ad vitā ingredi:
serua mandata. Non facies homicidium. nō adulterabis.
Hec media sunt officia: quibus aliud deest. ideo sequitur.
Si vis perfectus esse: vende omnia bona tua ⁊ da paupe
ribus: et sequere me. Hoc est igitur perfectū officiū, quod

greci chachomi/vocãt quo cõtinguntur oĩa que alijs potuerunt lapsus habere. Idem ꝙ super primam propositionem epistole.ſ.ad Corinth. A licitis temperare vult fideles: vt non solum innocentes: ſed et glorioſi videantur: conceſſa enim preterire virtutis eſt maxime. Ite Hiero. ad Demetriadem. Prohibẽtur mala. precipiũtur bona. pſ. xxxiij. et xxxvj. et.ſ. Peꝛ. iij. Declina a malo et fac bonum. Concedũtur media. ſuadentur perfecta. xiiij.q.j.§.ſ.cũ.c.ſeq. In duobus primis peccatum eſſe cõcluditur. Reliqua vero in noſtra poteſtate ſunt conſtituta: vt aut vtamur cõceſſis et licitis: aut ob maius premiũ ea que nobis permiſſa ſunt reſpuamus. ¶ Ite Hiero. ad Heliodorum. Perfectus ſeruus chriſti nihil preter chriſtum habet: aut ſi preter chriſtum aliquid habet: perfectus nõ eſt. Idem ad Ruſticum monachum. Si perfectionẽ ſequi deſideras: exi cũ Abraã. Geñ. xij. de patria et cognatione tua. et perge quo neſcis. Si habes ſubſtãtiam. Mat. xix. vende et da pauperibus. Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus chriſtũ nudum ſequere. xij.q.ſ. clericus. Durum/grande/difficile. ſed magna ſunt premia. Bernar. ſuper illud Oſa. xiv. Ecce nos dimiſimus omnia. Optime ⁊ non ad inſipientiam tibi. nam mundus tranſit et cõcupiſcentia eius. ſ. Joan. ij. Et relinquere hec magis expedit: ꝙ ab eis relinq̃. ¶ Fuit ergo vna cauſa de loculis quos habuit dñs ad conſolandũ infirmos. xij.q.ſ. habebat. et Augu. ſuper pſ. ciij. ⁊ Hugo ſuper pſ. xcſ. Bonum eſt confiteri dño. ⁊. ſ. in. §. ad partem contraꝛiã. in ver. iiij. in ar. lxiij. poſita ſunt hec et alia. Alia ad refellendum hereticos: ne cõdemnarẽt eccleſiam habentem loculos. xij.q.ſ. exemplum. ſicut faciunt Manichei/et alij heretici qui dicuntur apoſtolici. xxiiij.q.iij. quidam. ver. apoſtolici. condemnantes eccleſiam propter rerum tempoꝛalium poſſeſſiones et pecuniam. Et ad terrẽdũ auaros qui loculos concupiſcunt. vnde nullus de chriſti diſcipulis peꝛijt niſi qui loculos poꝛtauit. Joã. xvij. vnde Chryſo. ſuper Jo. homiſ. lxv. Si vero quis ſcrutabitur quid furi exiſtenti loculos. Jo. xiij. commiſit pauperum: et diſpenſare fecit aurum: vt omnem abſcinderet occaſionẽ. Etenim ſufficientem habebat ex loculis concupiſcẽtie mitigationem. Sed propter nequitiam multam quam volebat compꝛimere chriſtus: condeſcenſione vtens ad eũ nõ incuſabat ſurripientem: obſtruens perniciоſam cõcupiſcẽtiam et omnem auferens occaſionem. Alia cauſa ad inforꝛmãdum in modo habendi in cenobitis vel alijs regularibus viuentibus in communi. xij.q.ſ. habebat. c. nolo. c. non dicatis. Alia ad dandum formã prelatis eccleſie ad diſpẽſandum bona eccleſie aut ſuſtentationem miniſtroꝛum eccleſie: ⁊ ad pauperum releuandas miſerias. vt. xij.q.ſ. epiſcopus. Unde et Chryſ. ſuper Jo. homiſ. lxxj. de loculis chriſti loquẽs proponit queſtionem. Qualiter (inquit Mar. x.) non peram non eſ iubẽs deferre/marſupium ferebat? Jo. xiij. xij.q.ſ. habebat. Reſpondens ſubdit. Ad inopum miniſterium. vt diſcas qm̃ valde pauperẽ opoꝛtet pauperibus multam facere procurationem. quam authoꝛitatẽ. ſ. in. §. reſpõdeo. ver. et Chryſ. in ar. lx. perfecte poſui. in quibus verbis oſtendit Chryſ. ꝙ viris perfectis competit miſerabilium perſonarum curam gerere: quod maxime locũ habet in prelatis eccleſie: quoꝛ perfectioni cõſonat vt ſpiritualiter et etiam tẽpoꝛaliter paſcendis ſibi gregibus intendant exemplo chriſti. ad hoc. lxxxj. diſt. c. penul. ⁊ vlti. ⁊ lxxxij. diſt. c. ſ. et. lxxxvij. diſt. per totum. et. xxxvj. diſt. §. ecce. vbi loquitur de refectioñe panum. Et Proſper de vita cõtemplatiua. Scientes viri ſancti nil aliud eſſe res eccleſie niſi vota fidelium: et pecia peccatoꝛum/et patrimonia pauperum: non eas vendicabãt in ſuos vſus propꝛios: ſed vt eas cõmendatas pauperibus erogauerunt. Hoc eſt poſſidendo contemnere: non ſibi ſed alijs poſſidere: et nec cupiditati habẽdi eccleſie facultates ambire: ſz pietate ſubueniendi eas ſuſcipere. Quod habet eccleſia/eſt cũ omnibus nihil habentibus commune. Nec aliquid eis qui ſibi ſufficiunt de ſuo debet erogare: quum nihil aliud ſit habẽ

Cur loculos chriſtꝰ habuerit.

tibus dare/niſi perdere. ad hec. ſ. q. ij. clericos. c. paſtoꝛ. ⁊. c. ſi quis. c. ſacerdos. ⁊. c. ſi. ¶ Quantum ad modum vtẽdi/forma fuit perfectiõis ipſis apoſtolis acceteris huiuſmodi paupertatem profeſſis: vt quũ amoꝛe paupertatis ſemper carere loculis cupiant: ſolum quãdo aperte neceſſitatis vrget articulus loculos ferãt. vt. §. oſtenſum eſt per originalia. Et hic adde quod ſcripſi. §. per. v. folia. §. ad partẽ contrariam in fi. in ar. lxiij. Non igitur loculi chriſti ſed fomentum cupiditatis: ſed ad exemplum pietatis ⁊ paupertatis et condeſcenſionem infirmitatis trahendi ſunt. vt in prealk. decre. eriſt qui ſeminat. Sicut enim in ſaluatoꝛe noſtro crucifixo nil fuit quod ſeculares glorias aut delicias ſaperet: ſic nil egit nil docuit per quod mundi diuitias apperendas eſſe monſtraret. Quin potius vt nos perfecte paupertatis amoꝛe accenderet: in huius mundi campum hoſtem impugnaturus ingrediẽs/de pauperrima matre. xxvij. q. ij. ſic enim. pauperrimus prodijt. Unde Beda ſuper Marcum exponẽs illud. Si quis mihi miniſtrat: me ſequatur. Jo. xij. ait. Cõſideremus qua via venit: vt ſequi mereamur. Ecce quum dñs ſit et creatoꝛ angeloꝛum: ſuſcepturus naturam noſtram quam condidit: in vterum virginis venit. naſci tamen in hoc mũdo per diuites noluit parentes: pauperes elegit. Unde et agnus qui pꝛo illo offerretur defuit: columbarum pullos ⁊ par turturum ad ſacrificium mater inuenit. Luc. ij. Ite Chryſ. ſuper Mat. viij. homi. Pariens quidem filium confeſtim illum reclinauit in preſepio: q: multis conuenientibus propter deſcriptionem. Luc. ij. non erat domum inuenire. Sed quid fuit cõ ſuaſit magos adoꝛare? Nihil enim ſenſibilium magnum erat illic: ſed preſepe et tugurium et mater pauper: vt mudam magoꝛũ videas philoſophiã. Idem quoq; in homi. epiphanie de Magis loquens ſic dicit. Uiderũt pannis inuolutum ⁊ ſoꝛdidum: magis animalibus ꝙ hominibus aptum: in quo nemo contẽtus erat ſecedere niſi itineris neceſſitate coactus: matremq; eius vir tunicã habentem vnam: non ad oꝛnatum coꝛpoꝛis/ſed tegumentũ nuditatis pꝛoficientem. Sed et hoſtiam deo patri vt pontifex offerens/nudus in cruce pependit: necnon vt veritatis eius tamꝙ perfectiſſime rectitudinis nequaq̃ diſcoꝛdaret medium ab extremis: tota ipſius vita caminus paupertatis fuit. Eſa. lxviij. Unde Bernar. Volue ⁊ reuolue a partu virginis vſq; ad crucis patibulum. non inuenies in chriſto Jeſu niſi ſtigmata pauperis. ad hec. xij.q.ij. gloria. ibi. pauper dominus dedicauit. Item Bernar. de colloquio Simonis ⁊ Jeſu. Longe (inquit) aliud eſt in luto aquarum multarum diuiſi. Eꝛo. xiiij. fundo maris iter carpere terrena licite poſſidẽdo: aliud ipam nouis greſſibus nudam calcare omnia relinquẽdo. Matth. xix. Sed tempoꝛi gratie pꝛerogatiua hec debebatur. Petro nouũ iter et non typus iterans ſeruabatur. Mat. xiij. Antiquorum ſane patrum diebus donec inter homines ⁊ in terris videretur ⁊ conuerſaretur inter homines dñs maieſtatis: non erat euangelice foꝛme perfectionis: ſed ſpiritũ dñi ſolo in terris ſpũ ſequebãtur. At vbi verbũ caro factũ eſt ⁊ habitauit in nobis. Jo. j. Jam in eo tradita eſt imago vite: ⁊ cõuerſationis exẽplar: qõ opoꝛtebat etiam coꝛpoꝛaliter imitari: vt vtroq; ſequentes nõ vlterius cum patriarcha Jacob altero femoꝛe claudicemus. Geñ. xxij. Nec id dicim⁹ tamꝙ ſaluari quis hoc nequeat tẽpoꝛe: ſi ſecus egerit: ſed vt gradum agnoſcat pꝛopꝛium: et locum perfectionis aut diſcipulatus officium non vſurpet. Item idem ibidẽ. Dotatas et diratas videmus eccleſias a diuitibus ſeculi: ſed heu data eſt ipſa pꝛouidentia eleemoſyne in occaſionem carnis. Et qui ſibi atq; alijs in celo parare tabernacula debuerant: in terra coniungunt domum ad domum: ⁊ copulant agrum agro. Eſa. v. Ruis huius tempoꝛis rapiat aduoꝛe apoſtoloꝛum verbum gratie/verbũ fiducie/Ecce nos reliquimus omnia ⁊ ſecuti ſumus te: Mat. xix. Ecce enim vt populus/ſic ſacerdotes diuites fieri volunt. Similiter et hic et abundãtius recipiũt conſolationem ſuã. Luc. vj.

Et quibusdam interpositis ait. Utinã in duodecim vnus hodie Petrus qui reliquerit omnia: vnus qui loculis caret valeat inueniri. Utinam saperes et intelligeres. in cãtico Moysi Deutero. xxxij. cum thesauro pecunie thesauros ire pariter cumulari. Utinam nouissima prouideres. Mar. xix. Animaduerteres facile per foramen acus trãsituros non diuitiarum cumulos sed delictorum. Nihil eñ intulimus in hunc mundum: haud dubium ꝙ nec auferre poterimus quicq̃. s. Timo. vj. ¶ Amb. in lib. de offi. Qui apostolos sine auro misit: ecclesias sine auro cõgregauit. Mar. x. Et iterum. Qui plurimum auri possidet: nõ abundat. Bernar. Animam dei capacem quicquid minus deo est implere nõ potest. Eccls. vj. Omnis labor hominis in ore eius. i. in explendo desiderio anime: sed anima ei⁹ non implebitur: quia nihil est quicquid in hoc seculo est: quod figura est. i. Cor. vij. Hiero. ad Lucinum. Joseph cũ tunica egypri fugere nõ potuit. i. pallio. Geñ. xxxix. Adolescẽs qui opertus sindone sequebatur Jesum: quia tentus fuerat a ministris: terrenũ abjiciens indumentũ nudus euasit. Mar. xiiij. Macc. xv. Helias igneo curru raptus in celum melotam (pellis caprina est. Hebre. xi. Circũierũt in melotis. id est pallium. iiij. Reg. ij. reliquit in terris. Helisei boues et iuga prioris operis cõuertit in vota. iij. Regum. xix. lxxv. dist. non satis. Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Eccli. xiij. Quãdiu versamur in seculi rebus: anima nostra possessionum et reditum procuratione devincta est: de deo libere cogitare nõ possumus. Luc. glos. cõsonat super illud Can. v. Spoliauit me tunica mea. Recepta solicitudine temporalium subsidiorum/quãtũlibet exiguus doctor difficile vitat peccatum. Isidorus. Semper interna quiete frueris: si te a terrenarum actionum strepitu subtraxeris. Hieronymus ad Rusticum monachum. Sanctus Exuperius Tolose epus vidue sareptane. iij. Regum. xvij. imitatur: esuriens pascit alios: et ore pallente ieiunijs fame torquetur aliena: omnemq̃ substantiã christi visceribus erogauit. xij. q. ij. c. j. et. c. cũ abstulerit. Nihil eo ditius qui corpus christi canistro vimineo: sanguinẽ portat in vitro. nõ ob. c. de conse. dist. j. et calix. Qui auaritiã prosecutus est templo: qui cathedras vendentium colũbas mensasq̃ subuertit. Mar. xxj. Mar. xj. Luc. xix. Jo. ij. et. j. q. iij. et multis. cum. c. seq. Mammone et nummulariorum era dispersit: vt domus dei vocaretur domus orationis: et nõ spelunca latronum. Huius tu sectare vestigia: et ceteros quj virturis illius similes sunt: quos sacerdotium et humilios. Dist. contra morem. xciij. dist. domus. xcv. dist. esto. facit et pauperiores. xlj. dist. eps. Aut si perfectus esse desideras: eri cũ Abraã de patria et de cognatione tua. Geñ. xij. Si habes substantiam: vade et da pauperibus. Mar. xix. Si non habes: grandi onere liberatus es. Nudus. xxj. q. i. clericis. xxxv. dist. ecclesie. nudũ christum sequere: duram gradę difficile: sed magna sunt premia. et hoc. s. possui. ver. Jde ad Rusticum. Gregor. iiij. moral. Rarũ valde est: vt qui possident aurũ ad requiem tẽdãt: quum per semetipsam veritas dicat. Luce. xviij. Mar. xix. Marci. x. Mt difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum celorum. Rabanus super Mar. xix. ibi. Mt difficile. Difficile hoc et maximi laboris est: pecunias habentes/vel in pecunias confidentes exuj philargyrie. i. auaritie retinacula: et aulam celestis regni intrare. Augu. de moribus ecclesie. Job omnes diuitias amisit: et factus est repente pauperrimus. Job. j. sed incõcussum tenuit animum. quo animo si essent nostri temporis homines: non magnopere in nouo testamento ab istorum possessione prohiberemur: vt perfecti esse possemus. Gregor. j. moral. Nondum virtus precepti emicuerat que oĩa relinqui preciperet ꝛc. vide. s. in. ij. item ꝙ simpliciter. ad ti. ver. item fin oppositorem. in. lvj. arti. Bernar. de colloquio Simonis et Jesu. Exaiant se aliqui fortasse dicentes ad Abraam Jsaac et Jacob. Abraam diues valde. Geñ. xiij. Jsaac locupletatus ꝛc. Geñ. xxvj. Jacob diues valde. Genes. xxxvj. Letetricq̃ sancti numquid diuitias habuisse leguntur? Sufficit nobis esse sicut patres fuerunt. Necq̃ enim sumus nos patribus meliores. iij. Regum. xix. Si culpabilis esset possessio diuitiarum: nũq̃ illi in diuitijs tantam a domino gratiam obtinerent. Quid respondebimus nouis imitatorijs sanctorum veterum patrum? Imponãt certe vitulos super altare domini. ps. l. Macrent arietes. hircos immolent. Heb. ix. quia et Abraam hoc fecit. Geñ. xij. Sed hec inquiunt statum vltra non habent: vbi reuelata est. eẽ de puri. post par. c. s. veritas. Transierũt quidem si ipsas sanctorum quoq̃ diuitias temporales vmbram fuisse diximus futurarum. s. Lo. xiij. b. r. de conse. dist. ij. reuera. In figura si quidẽ omnia eis legimus cõtigisse. Denicq̃ quidni terrena palam possident sancti et perfecti viri: quum sola palam terrena promitterentur a domino? Ubi sane celestis promissio insonuit: necesse est spiritualia spiritualibus comparari. s. Cor. ij. Et mutari sacrificium spe mutata. ar. eẽ de constitu. translato. hucusq̃ Bernar. facit op. xij. q. ij. gloria. ¶ Immo etiam sancto Esaie qui erat in lege veteri ait dns Esa. xlviij. Elegi te in camino paupertatis. Gregorius in homil. xl. euãgelistarũ de lazaro et diuite. Mala (inquit) lazari purgauit ignis inopie: et bona diuitis remunerauit felicitas transeũtis vite. Illum pauperras afflixit et territ: istum abundantia remunerauit et repulit. ps. xxx. In abundantia proiectus sum a facie oculorum tuorum. Chrys. super epistolam ad Heb. ij. sermone. Christianus in pauperie constitutus/ꝙ cum diuitijs magis irradiat. Quomodo hoc: excludit a se superbie typum. Nõ erit arrogans: sed patiens obtemperans et pudicus et mitis et sapiens. Qui vero in diuitijs constitutus est: multa illum ad hec bona prepediunt. Inspiciamus ergo quę diues operat. rapit aliena. estuat cupiditate. nefandos non definit perpetrare concubitus. maleficia cuncta committit. Nonne vniuersa hec ex diuitijs conspicimus generari? Intuere quomodo in pauperie magis ꝙ in diuitijs virtutes facilius possidemus. Nec mihi dicas quia in hac vita diuites nullam vindictam suscipiunt. nam cum omnibus malis suis etiam hoc malum habẽt diuitie: quia malignitate peccantes adulationibus tenentur. Et quia diuitias possidet semper peccans: nulla pena reuocatur. facit op. xxiij. q. j. paratus. ibi. Nihil est infelicius infelicitate peccãtium ꝛc. Sed fine illis remedijs remedia suscipit peccatorum: et frenum nullus illi imponit. Item in eodem sermone. xviij. Nemo caueatur (inquit) de paupertate: trãꝙ causa sit multorum malorum: necq̃ obloquatur de christo qui perfectionem illam dixit Matthei. xix. Si vis perfectus esse ꝛc. Hoc enim ipse dixit: et operibus ostendit: et per discipulos suos ostendit et docuit. Sectemur ergo paupertatem. maximum quippe bonum est. nihil enim eo opulẽtius qui paupertatem sponte dilexit: et cum alacritate suscipit. Item in eodem sermone. Abjiciamus quecumq̃ corpus florere faciunt: vitiant autem animam: vtpote diuitie delicie et gloria. Idem ponitur. s. §. religio. versicu. quod autem. in. lxj. articulo. sed hic plenius. Cuncta hec carnis sunt: et amor corporum. Itaq̃ non amemus ampliora: sed paupertatem semper sectemur. ista enim magnum bonum est. Sed sapientia pauperis pro nihilo habetur. Ecclesiastes. ix. Sed iterum. Diuitias et paupertatem ne dederis mihi. Et ex camino paupertatis libera me. Proverbiorum. xxx. Quare hec dicta sunt? Nec in veteri testamento dicebantur: vbi multa ratio diuitiarum habebatur. vbi paupertatis plurimus erat contemptus. vbi hoc quidem maledictio erat: illud benedictio. Sed nunc nequaq̃ ita est. vide de hoc. xij. q. ij. cap. gloria episcopi est. Si vis audire paupertatis predicamenta: ipsam professus est christus. et dixit. Filius hominis non habet vbi caput reclinet. Matthei. viij. Et iterum. Nolite possidere aurum necq̃ argentum. Matthei. x. et Petrus ait. Argentum et aurum non est mihi. Actuum. iij. cap. Et in ipso quidem veteri testamento Helias preter

melotā nihil habebat:quā etiā Heliseo reliquit. iiij. Reg. ij. Nonne Heliseus. iiij. Regū. xix. Nōne Esaias ⁊ discalcia tus. Esaie. xx. Nonne Johānes baptista. Mat. iij. Marc. j. Luc. iij. ſfides, quia quod maxime facit fiduciam/hoc est paupertas. Diues seruus est:obnoxius existēs damnis:et tribuens omnivolenti eum nocere. ille autem nihil habēs proscriptionem non timens nec cōdemnationē. Nequaq̄ ergo paupertas facit sine fiducia esse. Christus cum paupertate mittebat apostolos in causam opus habētem fiducia multa. valde enim est fortis pauper verus ⁊ voluntarius: ⁊ non habet vnde iniuriam patiatur. Amb. li. j. de officijs. Nō potest quis p:emiū accipere: nisi legitime certauerit. ij. Timo. ij. Nec gloriosa victoria: vbi nō fuerint labor iosa certamina. Jdeoq̄ dns dixit in euangelio. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celor. nō dicit. Beati diuites. sed pauperes. Jnde em incepit beatitudo diuino iudicio: vbi erūna existimatur humano. Hieronymus ad Paulinū. et est. xij. q. ij. Socrates. als est. c. gloria. ver. Socrates. Socrates ille thebanus homo quōdam ditissimus quum ad philosophādum Athenas pergeret: magnum auri pōdus abiecit:nec putauit se posse simul et virtutes et diuitias possidere. Deniq̄ et tu audita sententia saluatoris Mat. xix. Si vis perfectus esse:vade ⁊ vende oſa que habes:et da pauperibus. et veni: sequere me. verba vertes in opera: et nudam crucem nudus sequeris. xij. q. j. clericus. expeditior et leuior ascendis scalā Jacob: puris q̄ manibus et cal. dido pectore pauper de spū ⁊ opetribus gloriaris. Gen. xxviij. Hyp. super epistolā ad Heb. sermone. ij. Non habentes diuitias non propterea dolea mus:sed magis gratias vniuersorum deo et domino referamus: quia nos paruo labore eā dem mercedem quam ⁊ diuites poterimus p:omereri: et si volumus etiā amplior est. nam et paruis magna lucramur. Mat. xix. Hyp. homilia vlti. super Mat. Diuitem necesse est multis indigere: et turpiter seruire. ſformidare et suspicari et timere eorum qui suspicātur emulos et calumniatorum ora et auaror um concupiscentias: sed non pauperras est aliquid tale: sed contrariū vniuersum. Regina est: furibus non subiecta: sed munita. portus tranquillus. palestra et gymnasium philosophie. Audite quicūq̄ pauperes estis: magis autem ⁊ quicūq̄ ditari concupiscitis. Non pauperem esse malum est: sed nō velle esse. Et neq̄ malum existima pauperratem: ⁊ non erit tibi malum. Et si philosopharis decē miliū erit bonorum fons et origo. ad hec. xv. q. j. illa. Bernar. super pś. Qui habitat. ſfelix paupertas volūtarie relinquentium omnia et sequentium te dñe Jesu. ſfelix plane: que tā securos immo et tam gloriosos faciat: in illo singulari fragore elementorum/in illo tremēdo examine meritorū/in illo tanto discrimine iudicorum tenens iudiciariam potestatem. sicut dicit dns/Vos qui reliquistis omnia ⁊ secuti estis me: sedebitis sup duodecim sedes iudicātes duodecim tribus ysrael. Mat. xix. Grego. super Job. Deriderur iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitationes diuitum: parata ad tempus statutum. Job. xj. Straturum quidem contempte lampadis tempus est extremi iudicij p:edestinatus dies. Tunc reproborum oculis patescet q̄ potestate celesti subniti sunt q̄ terrena omnia reliquerunt. Quisquis enim diuini amoris stimulis excitatus hic possessa reliquerit: illic proculdubio culmen iudiciarie potestatis obtinebit: vt simul tūc iudex cum iudice veniat: qui nunc confideratione iudicij sese sponanea paupertate castigat. Bernar. sermone. lj. Duo habet paupertas sequentium christum: afflictionem. j. et vilitatem. de quibus ꝓpheta Danid pś. xiij. Vide (inquit) humilitatem meam et laborem meum. Et propterea in terra sua duplicia possidebunt. Esaie. lxj. Vestiti duplicibus. Proverb. vlti. Ut prudor esit honor: iudiciarie potestatis; p labore refrigerium placidissime sessionis. Hec enim est q̄ castigat/purgat/probat/humiliat/et exaltat. Hyp. homil. iiij. super Mat. Descēdamus (inquit) ad paupertatis caminum. Videamus qui ambulant in eo:et elatorum colla conculcant. Videamus miraculū et paradoxum. homo in camino psallēs. hominē in igne gratias agentem. pauperratī vltime illigarum: et multam feretem deo laudationem. pś. lxxiij. Pauper et inops laudabūt nomē tuum. et Esa. xix. Addent mites in domino letitiā: et pauperes homines in sancto ysrael exultabūr. Etenim tribus illis pueris. Dan. iij. similes sunt qui paupertatem cū gratiarum actione ferūr. Nam et igne terribili paupertas incendere consuevit: sed pueros illos nequaq̄ incēdit. Et nunc si in paupertate gratias egeris: vincula dissolūtur: et flamma extinguitur: et si extincta non fuerit (quod multo mirabilius est) p:o flāma ros orietur. Quod et in philosophantibus est videre: quoniam in paupertate diuitibus curiosius disponūtur: ⁊ in medio camino roseo puro potiuntur. Grenim maximus est ros non detineri concupiscentia deliciarum. Et illi tunc contēnentes reges sunt rege clariores et potentiores. Et tu quoq̄ si despexeris mundana negotia: omni mundo eris honorabilior. Sin sanctos illos. Hebre. xi. Quibus mundus non erat dignus. Ut igitur dign⁹ celis efficiaris: deride p:esentia. ita enim et hic eris clarior ⁊ futuris potieris bonis. Jdem homilia. xv. super Mat. Talis est luminis virtus: vt non solum luceat: sz illuc ducat illos qui se sequūtur. Quū enim nos viderint omnia bona p:esentia contemnentes et ad futura p:eparatos: ante omnem sermonem operibus nostris credent. Quis enim ita amens: vt vidēs eum qui heri et ante lasciuiebat et ditabatur: omnibus erutum et ad famem et inopiam et duram vitā et pericula et sanguinem et occisionem: et ad omnia que videntur perialosa p:eparatum: nō manifestam hinc accipiat futurorū demōstrationem? Si autem p:esentibus nos immiscuerimus et implicuerimus: qualiter poterunt credere q̄ ad possessionem aliā festinemus? arg. xxv. dist. c. vlti. Damascenus lib. iij. dicit. Euangelium cognitionis dei non bellis et armis exercitus aduersariorum deuincens: sed pauci/nudi/pauperes/et illiterati/persecuti/verberati/mortificati/crucifixum in carne et mortuum et deum existentem p:edicantes/sapientibus et potentibus p:eualuerunt. ſ. ad Corinth. j. xxv. di. ecclesie. Eusebius in ecclesiastica histo. lib. iij. Quidam ardentiores diuine sapientie cupiditate succensi animas suas verbo dei consecrabant: explēres perfectionis salutare p:eceptum. Mat. xix. vt facultates suas primo pauperibus diuidentes expediti ad p:edicandum euāgelium fierent. Chryso. super Mat. homil. xlvj. Si autē homines duodecim. Mat. ix. x. Luce. ix. Mat. iij. x. vj. orbē terrarū cōuerterūt: ercogita quāta est nostra malitia: quā tanti existentes eos qui reguntur non possumus corrigere: quos decem milibus mūdis oportebat sufficere et esse fomentū. Sed signa (cais) habebant. Sed non signa eos mirabiles fecerunt; multi enim ⁊ demones p:ojciēres q̄ iniquitatem operati sunt: non sunt facti mirabiles sed puniti. Matthei. vij. quia et mali p:opherant et miracula faciunt. ſ. q. j. multe. et. c. teneamus. et. c. p:opherauit. et et devene. sanc. c. j. Sed quid (inquis) est quod eos magnos ostendit? Pecuniarum contemptus: glorie despectus: ab omnibus huius vite ereptio. quia si hec non habuissent: ⁊ si decem milia mortuorū suscitassent: non solum nulli profecissent: sed et seductores et maleſici existimati fuissent.

Jdem homil. vlti. super Mattheum. ¶ Si quis tibi principatum et ciuiles potestates et diuitias et lasciuiam proponeret: deinde paupertatem ponens electionem daret quamcumq̄ velles. hanc confestim raperes: si tamen eius cognoscerres pulchritudinem. Mihi enim paupertas puelle cuidam pulchre et sponse similis esse videtur. Cum hac Helias. iiij. Regum. ij. educatus raptus est deata illa rapina. Cum hac Heliseus claruit. iij. Regum. xix. xxvj. distinctione. non satis. Cum hac Joannes Baptista. Matthei. iij. Marci. j. Luce. iij. Cum hac apostoli omnes. Matthei. xix. ca. Sed et ipsam puelle huius

Pauper tas

pulchritudinē intueamur. Erenim oculus eius est purus et preclarus: nihil habens turbulentum: sed mansuetus/ tranquillus/delectabilis/ad omnes respiciens/mitis/humilis/nullum odio habens/nullum auertēs.os et lingua sana est:continua gratiarum actione plena et benedictione: et miribus verbis et amicabilibus.ps.lxxiij. Pauper et inops laudabunt nomen tuū. Si autem et vis propositionem mēdi:orum eius videre:longa est et multum supereminentio: ꝑ abundantia. Si autem fugiunt eam multi: ne mireris.etenī et alias virtutes fugiunt insipientes. Sed cōsumelijs afficitur(cais)pauper a diuitibus. Rursus mihi inopie laudem dicis. quoniam beatus est qui cōsilium parituꝝ. Matthei.v. sed hoc ferre admoneꝝ inopia. Sed esurit pauper(cais)er Paulus esuriebat.ij.Cor.xi. et sitiebat.xj. et in fame erat. Sed non habet requiem.ij. Cor.vi. neq; filius hominis vbi caput suum reclinet. Matth.viij. Jdē homilia.xlvj.super Matth. Anima inopis voluntariꝝ fulget velut aurū: splendet velut margarita fulgēs: floresciꝝ autem vt rosa. Non enim est illic tinea. Matthei.vj. non est illic fur:nō solicitādo huius vite negotio:um: sed ficut angelus ita conseruatur. Vis aīe huius pulchritudinem videre:vis inopie diuitias addiscere? Non subiacet demonibus. Non adhēret regi sed deo. Nō militat cum hominibus:sed militat cum angelis. Non habet arcas duas vel tres/vel viginti: sed talem abundātiam/vt hunc mūdum vniuersum nihil esse existimet. Non habet thesaurum sed celum. Non indiget seruis: magis autem possidet seruos passiones et cogitationes que regū dominantur. Regnū autem et aurum et omnia talia quemadmodum puerorū ludibria deridet: et sicut roram et pilam hec omnia existimat esse contemptibilia. habet enim mundum quem neq; videre qui in his ludunt possunt. Quid igiꝝ paupere hoc melius est vsq; ? Pauimentum deniq; habet celum. Si autem pauimentum rale: ergocita tectum. Sed non habet equos et currus. Quid enim ei his opus est: qui supra nubes vehi debeꝝ et esse cum christo? Mat.v. Luce.xxj. Bernar.ad Thomam. Ei salubrius discereꝝ christum Jesum Mar.xvj. Phil.ij. et hunc crucifixum. j. Cor.ij. quā vtiq; scientiam haud facile nisi cum mundo quis crucifixus fuerit/apprehendit. Jfalleris fili falleris: si re putas inuenire apud mundi magistros quam soli christi discipuli.i. mundi contemptores dei munere adsequuntur. Nec enim hāc lectio docet:sed vnctio.j. Jo.ij. sed exercitatio in mādatis domini. Augu. in li. de eleemosyna. Metuis(inquis)ne patrimonium tuum forte deficiat: si ex eo operari largiter ceperis. Quādo eīm factū est vt iusto possent deesse substātia: quum scriptum sit. Nō occidet deus fame animam iusti ꝑ.xxxvj. Non vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem. Helias in solitudine coruis ministrantibus pascitur.iij. Reg.xvij. Et Danieli in lacu ad leonū predam iussu regis incluso prandium diuinitus apportatur. Dan.vlti. Et tunemus ne operanti et dīm deum promereti desit alimentum? quum ipse ad exprobrationem eorum quorū mens dubia est et parua fides: contestetur et dicat Mat.vj. Aspicite volatilia celi qm̄ non seminant neq; metunt neq; colligūt in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Volucres deus pascit. et quibus diuine rei nullus sensus est: eis nec cibꝰ nec potus deest. Tu christiano/tu dei seruo/tu operibus bonis dedito/tu dño suo charo aliqd existimas defuturū? An putas q; qui christū pascit:a christo ipse nō pascitur:aut eis terrena deerūt:quibus diuina et celestia tribuuntur? Unde hec incredula cogitatio est? Uel hec impia et sacrilega meditatio? Nūquid vidua Sarepte Heliam pauit et ab eo pasta est? iij. Reg.xvij. Jfrater Bonauentura generalis minor magister in theologia et cardinalis ait. Jn camino paupertatis electi ipsius penuria purgātur a crimine: ipsius erubescētia humiliantur in mēte: ipsius parsimonia castigātur in carne: ipsius deuota gratitudine cōciliantur ad proximū: ipsius cōdescensiua benignitate cōfigurātur ad christū: ipsius sublimi celsitudine sursum aguntur in deū. Augu. super ps. ciij. Jn loculis habēdis et exigenda quodāmodo annona christus non perendo/sed prebendo indigentiā suscepit. Super illud Act. xx. in fi. Beatius est magis dare ꝑ accipere. glos. Bede. Non illis qui relictis omnibus securi sunt dīm diuites eleemosynarios preponit: sed illos maxime glorificat qui cunctis que possidentur renuntiantes/laborāt nihilominus operando manibus: vt habeant vnde tribuāt necessitatē patienti. Ephes.iiij. Jdem dicit Jo. cassi. in lib. x. de spiritu acidie. et diri. s. lōge in. §. et quo spōsa. in ver. et Act. xx. in ar. ij. et. s. §. ad partem cōtrariam. ver. vndecima instāria. cū duobus ver. seq. et in additione ibi posita. in ar. lxiij. Hiero. ad Julianum. Exstruis monasteria: multus a te numerus sanctoꝝ sustentatur. sed melius faceres si et ipse sanctus inter sanctos viueres. Bernar. Volo te esse amicum pauperum: magis autē imitatorē. ille est gradus proficientium: hic perfectoꝝ. Mat. xix. Hiero. contra Uigilantiū. Non negamus cunctis pauperibus si tāta fit largitas: stipes esse porrigendas. Apostol' ad Roma. xij. ibi. Sanctorum necessitatibus communicantes. et. ij. Cor. viij. et. ix. quidem docet faciendam eleemosynā ad omnes. s. q. ij. ꝑ pio. xlij. dist. quiescamus. maxime autem ad domesticos fidei. Gala. vlti. Vide quod legitur er no. xxx. di. c. j. glos. j. De quibus saluator: in euangelio loquebatur Luc. xvj. Jfacite vobis amicos de māmona iniquitatis qui vos recipiant in eterna tabernacula. Nūquid pauperes in quibus corporis flagrans libido dominat: pñt habere tabernacula eterna: q̄ nec presentia possident nec futura? Non enim simpliciter pauperes: sed pauperes spiritu. Mat. v. appellātur. De quibus scriptum est in ps. xl. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem. Jn vulgi pauperibus nequaq̄ intelligētia/ꝫ opus est eleemosyna. Jn sanctis vero pauperibus beatitudo est intelligentia: vt ei tribuas qui erubescit accipere: et quū acceperit doler. merēs carnalia et seminās spūalia. j. ad Cor. viij. et exdecensi. cū apīs. et Roma. xv. hucusq; Hiero. Et Ambro. Justo amplius debetur eleemosyna. lxxvj. dist. non satis. Et in pauperibus nō tam attendēda est fm Hiero. paupertas ꝑ religio. xvj. q. j. c. vlti. Bernar. ad fratres de mōte dei. Quū diues esset christus: pauper ꝓ nobis factꝰ est. ij. Cor. viij. Et qui voluntarie paupertatis dedit. Mat. v. et. xix. precepturn: ipse eiusdem in semetipso formam dignatus est demonstrare. xlij. dist. §. j. rcv. dist. esto. Ut enim sciant euāgelici pauperes quid eis faciendum sit: ipe etiam a fidelibꝰ. Luce. vij. et Jo. xij. pasci voluit: nōnū ꝑ et ab infidelibus. Luce. xix. sed vt fideles faceret: vite necessaria accipere nō recusauit. Hieronymus ad Demetriadem. Alij edificēr ecclesias: vestiant parietes marmorum crustis: non reprehēdo: non abnuo: vnusquisq; in suo sensu abundet. ex de sepul. certificari. meliusq; est hoc facere ꝑ repositis opibus incubare. Sed tibi ꝓpositum est christū vestire in pauperibus: seruorum dei pauperū habere curam. Mat. v. qui diebus ac nocteꝰ seruiunt dño tuo: qui in terra positi iumentum angelorum conuersationem: et nihil loquūtur nisi quod ad laudem dei pertinet. j. Timo. vj. xij. q. j. clericus. et episcopus. habentesq; victum et vestitū his gaudent diuitijs. qui plus habere nolunt: si tamen seruant propositum. xij. q. j. nolo. alioquin si amplius desiderant ijs que necessaria sunt probantur indigni. Sicut omnium malorum radix est cupiditas. j. Timo. vj. Auaritia est idolorum seruitus. Ephes. v. et Coloss. iij. de peni. dist. j. §. ex premissis. xlvij. dist. bonorum. sic paupertas vera et voluntaria cunctorum est origo bonorum: que est contemptus affluentie et amoris pecuniarū. Jn hystoria schola. super illo verbo Accepit eam discipulus in suam. Joā. xix. Quasi in suam matrem: vel in suam quasi potestatem: vel in communionem rerum suarum: tamē nihil creditur habuisse proprīū. notatur. xvij. q. iiij. §. notandum. sed quum esset beata virgo cū apostolis: iste specialē curā eius gerebat. ad hoc facit. xxvij. q. ij. sicut enim. Item in eadē hystoria scholastica

bona intentione ⁊ zelo. sic in casu nostro. Non autē credo ꝙ almus Franciscus testamentū suum quod est sue regule declaratio: ⁊ christi ⁊ sua intentio: spirituale non carnale non tēporale sed eternale, alio spiritu fecerit ⁊ dictauerit ꝙ quo regulam sanctam suam: sed vtrūq; spiritus dei viui digito consignauit. Nec enim quū testamētum fecit: erat minus perfectus immo magis, q: crescebat de virtute in virtutem sicut vir iustus. ps. lxxxiij. Prouer. iiij. de pe. di. ij. non reuertebantur. ⁊. c. dum sanctā. Nec min⁹ de voluntate dei sciuit: imo plus, ꝙ quādo spiritus sancto dictāte conscripsit regulā. imo magis cum deo coniūctus erat ⁊ illuminat⁹ magis qū fecit testamentū suum prope finē suum: ꝙ qū conscripsit regulam parū post cōuersionē suā Sed (vt dixi) fratres minores repefacti a sancto feruore patris ⁊ patrum suorum primorū nauseantes super mānā cibum angelicū. i. regulam pascentē animas per virtutes ibi insertas ⁊ dicentes, Quis dabit carnes ad vescendum? Recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis. In mentē veniunt nobis cucumeres ⁊ pepones, porri ⁊ cepe ⁊ allia. Alia nostra arida ē. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Numeri. xj. querentes occasionē recedendi a rigore sancte paupertatis et humilitatis ⁊ ab obseruantia regule ⁊ euangelij possibili litterali: que nedum possibilis erat ⁊ est feruorem bone voluntatis habentibus: imo suauis ⁊ leuis. Mat. xj. et ꝑm Augu. Amor imania ⁊ difficilia facit leuia. Nō curantes seruare voluntatem patris: quam in testamēto suo fratribus notificauerat ⁊ seruare mandauerat. Et sic fractores testamenti ⁊ indigni hereditate perfectionis euangelice: que maxime in paupertate ⁊ humilitate ⁊ charitate consistit. xj. q. j. sylvester, a sede apostolica declarationes et priuilegia plurima impetrarunt. per que a sancta paupertate ⁊ humilitate quasi oīmode recesserūt. Nam eorum priuilegia per q̄ nemini subsunt nisi sedi apostolice: eos in superbiam erexerunt: ⁊ in cōtumaciam cōtra omnes prelatos. Quū em̄ omni creature ꝑm beatum Petrū. j. Pet. ij. et ex de ma. ⁊ obe. solite. j. rūso. quilibet debeat esse subiectus ꝓpter deum ⁊ ꝓpter meritum sancte humilitatis. q: filio⁹ Belial qui interpretatur absq; iugo. j. Reg. x. est nolle subesse. sed semper dominari velle: vt lucifer. Esa. xiiij. contra quos Bern. Quanti vsq; hodie feda sequunt infelicia q; vestigia? Immo ꝙpauci euadunt quibus libido dominādi non dominet? Quem sequimini miseri? Nonne iste est mons in quē ascēdit angelus: ⁊ factus est diabolus? Maxime fratres minores q magis humiles esse debent ꝙ homines de mundo: per regulam ⁊ professionē ⁊ vocationē suam omnib⁹ subesse debent: maxime dominis episcopis ⁊ alijs prelatis ⁊ ordinarijs locorū ⁊ sacerdotibus: ⁊ eis honorem ⁊ reuerentiā exhibere: sicut ipse pater in regula ⁊ in testamento mandauit. Verus em̄ humilis nedum superioribus sed inferioribus subiicit se. sicut christus subiectus erat matri ⁊ Joseph. Luc. ij. Et est iustitia omnis: sicut dicit dñs Mat. iij. Joanni baptiste. sic em̄ decet seruare omnem iustitiā. que est ꝑm glos. ibi. subdere se minori. Eorum priuilegia faciunt eos contēdere tota dei: quum aliam maxillā deberēt porrigere ferienti. Mat. v. xxiij. q. j. §. j. Ego autem citius darem alapam seculari: ꝙ modicum verbū iniuriosum dicerem aliquibus fratribus minoribus. tanta hodie eorū est impatientia ⁊ superbia. Faciunt etiam eos cōtemnere prelatos ecclesiarū: ⁊ occasione priuilegiorum magis sunt insolentes et magis delinquunt. q: facilitas venie incentiuum tribuit delinquēdi. xxiij. q. iiij. est iniusta. de facto: vt dicit ibi glos. non de iure. ⁊ ex de vi. ⁊ ho. cleri. vt clericorum. Quū em̄ ꝑtrum priuilegiorum non deberet crescere flagitiorū author⁹. C. de priuil. scho. l. ij. li. xj. Nec remissio peccatorum det licentiam delinquēdi. j. q. vij. erigunt. de pe. di. iij. sane. Et dicit imperator. Non permittas delinquentes aliquibus priuilegijs vri. in Auc. de manda. princi. §. ꝙ si delinquentes no. ex de priuil. tuarum. Et faciunt se timeri sicut domini: non sicut serui christi, qui timent ⁊ nolunt timeri. ꝑm fratrem Egidium sed ab omnibus diligi. q: timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorē. j. Jo. iiij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Non em̄ dicit homini vt terror suus ac tremor sit contra homines: sed super cuncta animātia terre. Bene. ix. vbi Greg. Homo quippe bestijs animalibus natura prelatus est. ⁊ idcirco ei dicitur vt ab animalibus non ab hominibus timeatur. q: cōtra naturam est superbire: ⁊ ab equali velle timeri. naturaliter em̄ omnes sumus equales: sed peccatum facit subesse. xxj. di. de constātinopolitana. ¶ Jtē priuilegia liberant fratres ab oppressionibus ⁊ grauaminibus ⁊ iurijs mundanorum, quum tamen ista sit professio apostolica, in tribulationibus gloriari. ij. ad Cor. xij. ⁊ Actu. v. in fi. Jbant apostoli gaudentes a cōspectu concilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine iesu cōtumeliā pati. ⁊ Ro. v. sed ⁊ gloriamur in tribulationibus. Bern. Testimoniū diuini amoris, nullum credibilius: nullum certius in hac vita: ꝙ increpanoque superbiā, negligentiam, et ingratitudinem repellit, quo triplici vitio omne genus religioso⁹ periculose laborat. Et super illud ps. cxvij. Exarserunt sicut ignis in spinis. dicit Greg. Per flāmas detrahentiū ⁊ persequentiū iustorum vita coburitur. sed si que poterāt esse peccatorū spine: concremantur. Jtem Greg. Abel esse renuit quem Cayn malitia nō exercet. vij. q. j. §. cum autem. vbi de hoc xxiij. q. iiij. hec autem. Jtem Mat. v. persecutionē sustinētibus dicitur ꝙ ipsorum est regnum celorū: er vasa figuli probat formam. Hoies autem iustos tērario tribulationis, de pe. di. ij. si em̄. vltra. ij. colū. ibi. ⁊ vasa. Et Greg. Quis quis apperit plene vitia euitare: studeat humiliter purgationis sue flagella tolerare: vt tanto post mundicie ad iudicem veniat: quanto magis nunc eius rubiginem ignis tribulationis purgat. Et j. Pe. ij. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum ⁊c. ¶ Jtem quū priuilegia sint lex priuata. di. iij. priuilegia. et ex de. ō. fig. abbate. non est virorum perfectorū leges cōmunes abijcere, sed eas perfectius alijs obseruare. Unde super illo verbo j. Timo. j. Justo nō est lex imposita. dicit Bern. Alia est lex promulgata a spiritu seruituris in timore: alia a spiritu libertatis in suauitate data. nec sub illa cogūtur filij nec sine ista seviuere patiuntur. Vis audire quia iustis non est lex imposita: nō accepistis, ait Paulus, spiritū seruitutis iterum in timore. Ro. viij. xxiij. q. vj. §. ex ijs. Vis audire? sine lege charitatis non sunt: sed accepistis, inquit, spiritum adoptionis filiorum. Unde quod dicit. j. ad Timo. j. Justo non est lex imposita, intelligitur. i. non tamē inimitis imposita. sed voluntarijs eo liberaliter data quo suauiter inspirata. Sancta ergo est omnis lex iusta propter transgressionem prohibendā ⁊ puniendam. Unde Gala. iij. Lex posita est ꝓpter trāsgressionem. ⁊ di. iiij. facte sunt. ⁊ in prohe. decre. Rex pacificus. ⁊ in prohe. vj. li. Hic adde quod scripsi. §. in. §. rursus. ℞. tria autē. cum. ℞. se qui incipit. sic etiam intelligitur. lxj. ar. ⁊ in. §. religio. ℞. non errauit. in ar. lxj. Propter causas predictas pater almus Franciscus noluit in ordine suo haberi priuilegia. sed dicebat Hoc est priuilegiū pro me ⁊ fratribus meis: mullā sollicitudinem habere priuilegium super terram: sed omnibus obedire: ⁊ inferiorem me omnibus reputare. Unde contra voluntatem suā a sede apostolica priuilegia impetrarūt. vt patet in testamento suo: ⁊ sepius supra dixi. ē. in. §. religio ℞. tollat inquā. in ar. lxj. Unde quū transirem per Lombardiam: ⁊ in quodam loco fratrum dicissem fratres ꝙ quoddam priuilegium impetrarant pro quodam fratre magno predicatore, ꝙ per totam Lombardiam authoritate apostolica posset libere predicare. pater priuilegium sibi fecit dari ⁊ cultellum: quo totum illud priuilegium minutatim abscidit et proiecit in ignem. ¶ Declarationes etiam (vt dixi) maiores preuaricationis occasio fuerunt. nam sicut experientia manifestat ⁊ veritas occultat: quāto in ordine facte sunt plures declarationes: tanto sunt plu

res p:euaricationes. Sensus enim et cogitatio humani cordis in malū p:ona sunt ab adolescentia. Ben. viij. ꝛ p cliuis est cursus ad voluptatem. ꝛ imitatrix naturavitiorum dicitur in concilio Toletano. xx. q. iij. p:ocliuis. xij. q. j. c. Volens autē seruare pure ꝛ simpliciter et etiam literaliter suam regulā sanctam ꝛ possibilem ꝛ supererogantem alijs regulis in vita ꝛ in merito. p:ocliuitatē illam facile vincit. Q̄ꝫ autem/vt supra dixi/declarationes Romanorum pontificū contra voluntatem beati Francisci (ne per occasionē earum fratres recederent a regule puritate) fuerint impetrate: q: spiritus ꝓpheticus non semper est in sanctis. de pe. di. ij. querendum est. al's est. §. sub. c. valida. credo declarationes per spiritū sanctum ab ecclesia emanasse: q: statum euangelicum ꝛ eius perfectionē declarant ꝛ confirmant. que perfectio tempo:e pape Joan. de caturco. xxij. fuit vehementissime impugnata: et regula ꝛ declarationes. sed veritas apud Esdram valet ꝛ inualescit. viij. di. consuetudo. ꝛ Esdre. iiij. declaratione nō indiget: q: ipsa per se clarissima est: ꝛ nedum possibilis ꝛ facilis ꝛ suauissima/vt supradixi in. §. religio. ff. non erraut. in ar. lxj. bonam habentibus voluntatem/ꝛ gustantibus spiritū sanctum/ꝛ vere exp:opriatis a mundo/ꝛ crucifixis mundo. Sed sicut scribitur P:ouer. xviij. verū est q̄ occasiones querit qui vult discedere ab amico. sed hoc intelligo de falso amico. Nam Eccli. vj. quinq̄ amicorum genera distinguūtur. sed qui verus amicus est regule: semper eam diligit ꝛ eam seruat: nec querit ab ea recedere. q: omni tēpore diligit qui verus amicus est. P:ouer. xvij.

¶ Articulus. lxvij. A

Oro ad veritatē ꝛ defensionem sancte regule fratrū minorum sciendū est ꝛ memorie cōmendādum futuris tēporibus p:ofuture/q̄ (ficut. §. p:oximo. ff. non em. dixi et p:obaui) ad illum scilicet Romanum pōtificē pertinet regule declaratio: ad quē pertinet eiꝰ concessio ꝛ confirmatio Item quum regula sancta fratrū minoꝝ sit medulla euāgelij ſm beatū Franciscum: ꝛ de eo sit tracta: ad quē pertinet euangelij declaratio: ad eū pertinet ꝛ regule euāgelice elucidatio. q: hec de maioribus causis est. xvij. di. nec licuit. ex de bap. maiores. in prin. Hoc ideo scribo q: tēpore domini pape Jo. xxij. anno pontificatus eius. xvj. quidā viri Belial pseudo fratres minores inimici dei ꝛ bti Fracisci euangelij christi ꝛ regule predicte ꝛ vere ordinis sceleratissimi proditores ꝛ destructores. ꝛ in ordine eodē scilicet fratrū minorum quidā eorum prelati ꝛ ij precipue q̄rentes que sua sunt. Phil. ij. viij. q. j. sunt in ecclesia. ponentes os in celum ventribus gradientes super terram. xxj. di. intantum. nō recte cogitantes/sed malignissime cōtra sanctum ordinē ꝛ regulam machinātes. Sap̄. ij. ꝛ Hiere. xviij. que duo. c. percutiunt valide istos impios: procurarunt cū predicto dño papa Joāne et quibusdā cardinalibus declarationes omnes factas super regulā a sede apostolica/maxime decre. domini Nicolai totaliter reuocari. allegantes q̄ ego supra de testamento patris dixi in. §. s̄. proximo. ff. nec dicere intendo. sed ipsi meo ꝛ sancte regule cōrarium intellectū habentes/vt regulam destruerēt: dicentes (vt dixi) q̄ cōtra voluntatē beati Francisci fuit ꝛ cōtra suum testamentum aliquā declarationem super regulā a sede apl̄ica ipetrare. ꝛ q̄ declarationes erāt fratrū ligamina. ꝛ q̄ sine declarationibus melius poterat regula obseruari. ꝛ q̄ declarationes erant impossibiles ad seruandum. fingentes se p:o zelo regule ꝛ testamenti hoc dicere: quū tamen tacite ꝛ subdole ipsam per huiusmodi revocationem declarationum intenderent destruere. sicut apparet in eorum declaratione. imo potius destructione nefandissima ꝛ falsissima et carnalissima quam fecerunt super regula ante dicta. Declarauerunt enim auth:itate p:opria nulla eis a domino papa potestate cōcessa/sed zelo diabolo concitati (qō nunq̄ fuit in ordine ab aliquo generali ministro vel capitulo attentatum) regulā exp:esse contra regulā. scilicet q̄ illud quod dicitur in capitulo regule. P:ecipio firmiter vniuersis fratrib⁹. vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per aliam personam interpositā. tamen p:o necessitatibus infirmorum ꝛ alijs fratribus induendis ꝛc. q̄ illud per personam interpositam nō debebat referri ad necessitates infirmorū ꝛ ad indumenta fratrum. Unde glossauerunt q̄ p:o fratribus infirmis ꝛ indumentis fratrum pecunia bene poterat recipi in ordine per personam interpositam: et tamen in fine illius. c. regule dicitur exp:esse/Eo semper salvo vt sicut dictum est denarios vel pecuniā non recipiūt. Sed ipsi dicunt/scilicet per se. sed bene per personā interpositam. Et sic ceci ꝛ carnales exponūt textum contra textum. q: textus dicit sicut dictum est. sed. s̄. dictū est q̄ fratres nullomodo recipiant pecuniam per se aut per personam interpositaꝫ. ergo clausula illa/eo semper salvo/q̄ in fine. c. ponitur ꝛc. ad totum illud quod dictum est in principio referenda est. vt est casus exp:essus. ex de ap. inquisitioni. Ea etiam que in principio ponuntur: ad finem referenda sunt. vt est etiam exp:essum ex de ap. scō. et faciūt que leguntur et no. xxxij. q. vij. apostolus. ff. si certū pe. lecta. ff. de lega. j. si seruus plurium. ff. de ver. obli. titia. xxviij. di. q: sunt. ꝛ que p:ecedunt reperita intelliguntur. ff. de cōdi. ꝛ demon. a via. Faciunt ad hec que notantur ex de rescrip. causam que. in glos. ꝛ ita. ꝛ de tre. illa. ꝛ. e. ti. olim. §. fi. in glos. videtur. ¶ Blossarunt etiam illi impij q̄ nomine infirmorum intelligebatur omnis infirmitas. scilicet nedum corporalis sed etiaꝫ spiritualis. dicētes q̄ p:o omni necessitate corporali que fm eos vocatur infirmitas: potterat pecunia recipi in ordine per psonam interpositam Sed quis cecus ꝛ impius talē glossam fecisset: ꝛ textum violentasset. quū in eodem. c. dicatur (vt p:emissum est) p necessitatibus infirmorum ꝛ fratribus induendis ꝛc. ergo nomine infirmitatis nō intellexit contineri necessitatem indumentorū. quū vtrūq̄ specificet. infirmos/ꝛ fratres induendos. Nam specificatio indumentorum exit a clausula generali infirmorum. ar. bo. ex de rescrip. sedes. Item isti impij trahunt verbum infirmorum extra p:opriam significationē q̄ est de infirmitate corporali: ad aliā necessitatem corporalē: que non vocatur infirmitas verbo accepto cōmuniter sicut debet accipi. q: ad cōmunem verbi intelligentiam recurrendū est. ex de sponsa. ex literis. j. Et fm Hilarium/Intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi. ex de ver. sig. intelligentia. vbi p:o hoc sunt multe concordantie canonice ꝛ ciuiles. Vere fuerunt infirmi in anima tales glossatores et regule destructores: ꝛ male a demonio torquebantur cū filia chananee Mat. xv. ꝛ puero cēturionis. Mat. viij. ¶ Tertio glossārūt dicti ceci duces. Mat. xv. ꝛ. xxiij. ꝛ Luc. vj. ꝛ ex de eta. ꝛ qua. cū sit. quorum oculi obscurati sunt. ne videntes fm ps̄. lxviij. ꝛ. xxxvij. di. §. fi. ꝛ cōpositores maligni volentes aquam ad suū trahere molendinum. quorum infidelium mentes deus huiꝰ seculi occecauit. ij. Cor. iiij. et cōtra q̄s christus venit in iudiciū in hunc mundum: vt q̄ viderunt ceci fierent. Jo. ix. facit. xlix. di. hinc et enim. ff. albuginem. q̄ verba illa regule posita in. c. illo regule q̄od sic incipit Fratres qui sunt ministri ꝛc. ff. Et vbicūq̄ sunt fratres q̄ scirent ꝛ cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare: ad suos ministros debeant ꝛ possint recurrere minister vero charitative ꝛ benigne eos recipiant ꝛc. poterant ministri in articulis regule dispensare. Sed veraciter isti machinatores quod p:euidit beatus Franciscus per verba p:edicta ad regulam purius ꝛ perfectius ꝛ spiritualius obseruandam. ꝛ sic regule ꝛ eius zelatorum remedium trahunt ad eius p:euaricationē ꝛ noram. cōtra illud. xlv. di. licet. ex de excep. pia. j. rō. Solet. vj. Et totum hoc fiebat ad insidias sanctificationis. j. Macha. j. regule: vt pecunia in ordine reciperentur credentes etiā in hoc dño

pape Jo. placere. Jam per verba p̄dicta ꝓuidit almus Franciscus regule zelatoribus ⁊ regule puritati timens ⁊ p̄euidens eam in posterum relaxatum iri. sicut impsentiarum videmus. Ergo sic ꝙ fratres q̄ scirent ⁊ cognoscerent se nō posse ⁊c. ꝓpter impedimentū sociorum fratrū vel loci vel inferioꝝ p̄elatorum. vt inferius declarabo. ita ꝙ illa impotentia non est referenda ad ipotētiā corporalem vel anime/vel defectū spīritus: quia nullus frater quicūq; sit/sanus vel infirmus/debilis vel robustus/nobilis vel ignobilis/magnus vel paruus/adolescens iuuenis vel senex/potest cum veritate dicere/nisi ex malitia vel ex relatione ⁊ mala sua voluntate: Nō possum regulam purissime obseruare. Quis em̄ frater potest dicere cū vera conscientia/Nō possum obedire/Nō possum castitatē seruare/Non possum sanꝰ peditare/Non possum sanus ⁊ sine magno frigore glacie ⁊ niue (in quo casu regula ꝓuidet dicēs/Et qui necessitate coguntur pos. por. cal.) discalciatus ⁊ cum soleis ire/Non possum sanus (q: infirmi fm regulam non tenentur. ⁊ ius. ex̄ de obser. ieiu. c. ij.) regularia ieiunare ieiunia/Non possum horas dicere ⁊ orare/Non possum a murmurationibus et iudicijs cauere/Carere ꝓprio/Nō possuꝫ esse patiēs ⁊ hūilis/Nō possum suspecta cōsortia euitare: ⁊ monasteria monialium nō ingredi/Non possum paupertatem seruare/Nō possum pecunia carere/⁊ alia regularia instituta seruare: Nā regula Francisci almi apostolica sacratissima et districtissima omnia concedit necessaria corporalia. sed nō cōcedit peccatum quod deus odit. Esa. j. Sapien. xiiij. Prouerb. vj. Eccli. xij. Amos. v. j. q. j. odit. xxiiij. q. j. odi. de pe. di. j. quam oꝝem. Concedit quidem tunicas fm tēporā et frigidas regiones. portare calciamenta in necessitate. equitare ꝓ magna necessitate aut infirmitate. cōedere de appositis. frāgere ieiunia in necessitate. Nam q̄ p̄e necessitate. aut infirmitate carnes aut alia delicata comedit: ⁊ talis dum manducat/si se tēperat/ita seruat regulā: sicut qui nō cōedit. ar. op. xij. di. quisquis. Qui in necessitate calciat⁹ vadit: vel p̄e necessitate ieiunia frangit: vel p̄e necessitate equitat: ita seruat regulā etiam literaliter/q: intellectualiter ⁊ mentaliter et fm intentionem cōdentis/sicut qui discalciat⁹ vadit aut ieiunat aut peditat. Et idem in similibus. ad hec. xxv. q. j. §. ijs ira. vbi dicit de Dauid ꝙ comedit panes ꝓpositionis p̄e fame. j. Reg. xxj. ⁊ Mar. xij. de con. di. v. discipulos. ⁊ di. j. sicut. ex̄ de obser. ie. c. ij. ex̄ de regu. iur. quod non est. vbi de hoc sunt concor. Nullus ergo rector queat in indistrictionē vel impossibilitatē regule malam voluntatem suā. Non ergo iniquus exꝑtor aut factor eius: q: nemo peccat ⁊ p̄euaricatur contra regulam inuitus vel impotens. xv. q. j. §. j. ⁊ c. non est. j. q. iiij. homini. Nec regula alio dispensatore indiget: q: ipsa ꝓuidet ⁊ dispensat sicut cuiq; necesse est. Est ꝙ ver⁹ ⁊ pur⁹ et clarus intellect⁹ dictorum verboꝝ iste scilicet/Fratres q̄ scirent ⁊ cognoscerent. ergo ex regula eis ⁊ eorū conscientie cōmittitur illud scire ⁊ cognoscere. ipsi tamen caueāt ne nimis habeant conscientiam fine scientia. i. zelum vel fauorem fm apostolum non fm scientiam. ad Ro. x. ⁊ xv. q. j. §. j. ⁊ conscientiam scrupulosam debent deponere ad consilium sapientis deum timētis. ex̄ de simo. per tuas. ij. Se nō posse regulam spiritualiter. i. perfecte ⁊ pure et in spiritu veritatis obseruare. Hanc literā sic exponūt q̄dq; magistri theologie Parisienses scribētes capitulo generali fratrum minorum/scilicet frater Bualdifridus/frater Alexāder de hal'. frater Jo. de rupella/frater Robertus de bastia/frater Rigandus. Videtur obseruantia regule spiritualiter/obseruātia fm rigorem siue fm puritatem suam fine occasione proxima ad peccatum. Alijs videtur ꝙ istud referendum sit ad locum. quum scilicet ratione loci p̄estatur fratribus impedimentum ne pure possint regulam obseruare. vt q̄ loco est annexa ꝓpterias aut circa aliqua animarum ad quam ratione loci fratres necessario tenerentur. huc usq; magistri. Ego autem vtrūq; accipio. ꝙ siue ratione loci (vt dictum est) ꝓpter ietatē habētis spiritualem vt parochiam/vel temporalem vt vineas oliueta vel agros/sicut in ordine aliqua sunt loca: siue reditus aut ꝓuētus. siue positi in loco inhonesto inter habitacula mulierū. Siue ratione personarum/quia suadianus est dissolutus/carnalis/et de regula non curans: ⁊ per habitacula mulieꝝ ducit fratrem maxime iuuenem Vel loci familia cōmuniter dissoluta vocās carnē nō spirit ui: ⁊ maxime spiritualem fratrem ⁊ regule zelatorē ꝑsequens ⁊ scandalizans. Vel quia frater per obedientiam sui p̄elati cum aliquo cardinali vel episcopo vel domino temporali ponitur ad morandum: vbi magna est occasio paupertatem rumpendi difficultas humiliter cōuersandi ⁊ orandi: ⁊ alios actus spirituales exercendi: Et vbi est occasio in sua libertate viuendi: et periculum spirit⁹ cum secularibus cōuersandi: q: sicut piscis sine aqua/sic religiosus extra claustrum moritur in spiritu. xvj. q. j. placuit Vel quia frater moratur in loco vbi eum mendicare non oꝑtet. q: habet necessaria ab aliquo domino temporali vel cōmunitate. vel q: de pecunia continue viuit et nō de aliqua alia eleemosyna panis aut vini aut olei. sed omnia emūtur de pecunia. sicut sunt aliqua loca in ordine. in ijs duob⁹ ꝓximis casibus cōprehensa. In quibus casibus non potest regula quātū ad veram paupertatem spiritualiter obseruari. In ijs ⁊ in similibus casibus et exemplis vbicunq; ratione loci vel societatis vel cōuersationis a regule discreditur puritate: ad suos ministros scilicet ꝓuinciales. ꝙ si ipse eis non ꝓuiderint: sicut infra ꝓcipit debent recurrere ad generalem ministrū. quo super hoc non ꝓuidente/recurrant ad ordinis ꝓtectorē: qui fm regulam est gubernator. ꝓtector. ⁊ corrector: fraternitatis fratrum minorum. ⁊ quem credo super ꝓlatos ordinis negligentes in corrigēdo etiā in generalem ministrū iurisdictionem habere: ⁊ super fratres cōtemnentes ordinis disciplinam: per verba sup. adicte regule in. c. ad hec per obedientiā. ibi. Qui sit gubernator et corrector. ar. ex̄ de accusa. olim. de sta mo. ea que. et. c. in singulis. §. huius vero. Et talis ꝓtector ⁊ corrector in ijs casibus nedum habet iurisdictionem: sed etiam punitionē. Ad quefaciūt ea que leguntur ⁊ no. ex̄ de offi. delega. ꝑtererea. ⁊. c. literis patriarche. Protectore vero hoc negligente vel facere non curāte/frater recurrat ad papā nec aliud remedium potest dari. Ad hec ex̄ de iure pa. nullus. ij. q. iij. cum simus. ij. q. vj. ad romanam. Debeāt/obligatos iuisse. Ergo frater de hoc sibi faciens conscientiam/tenetur ad ministrum suum recurrere super obseruanda sue regule puritate. ar. xiiij. q. j. quod ꝓcipitur. Et possint recurrere. Ministri vero charitatiue et benigne eos recipiant: et tam familiariter habeant scilicet fratres recurrētes apud ipsos scilicet ministros: vt dicere possint scilicet fratres eis scilicet ministris: ⁊ facere sicut domini seruis suis. q. ij. In hac recursione ꝓ regule puritate fratres censentur loco domini: ⁊ ministri loco seruoꝝ. vnde sequitur. Nā ita debet esse ꝙ ministri sint serui. ar. eorum que leguntur et no. ex̄ in ꝓhe. decre. Si reg. eps seru⁹ ⁊c. ⁊ que leguntur ⁊ no. in ꝓhe. vj. li. super verbo/seruus. Omniū fratrum. q. d. In hac parte tenentur obedire ministri fratribus recurrentibus ad eos vt purius regulam obseruent. Unde et de mente textus ⁊ satis ex litera dico ꝓlatos ministros ad quos fratres recurrunt vt purius ⁊ perfectius regulā suam obseruent: esse obligatos ad ꝓuidendū fratribus recurrētibus ad eos de loco ⁊ de socierate ⁊ de guardia/no: in quo ⁊ cum quibus possint fratres regulam suā purius obseruare. alꝫ peccant mortaliter ipi ministri qui in hac parte non obediunt fratribus ad eos recurrentibus sicut debent obedire serui dominis suis. ad Ephe. c. vi.

¶ Sed hodie tales fratres recurrentes ad eos ꝓ regule puritate poti⁹ ministri alicui tribularent: cū eis de puritate regularis obseruātie, puiderent. Nā hodie iamdiu est in ordine puritatis regule zelatores ⁊ p̄euaricationum

regule contradictores persecutiones sepe a prelatis ordinis quibusdam ⁊ carnalibus fratribus patiuntur in ordine vbilibet/nedum verbales sed reales.q; fratres zelotypi regule spirituales ⁊ penitentiã facientes nisi fileat/ ⁊ se de preuaricationibus fratrũ aliorũ aliquoties cõtinuẽ do se non intromittant: aut incarcerantur.aut de ordine expelluntur:aut diuersis tribulationibus affligũtur per quos ꝺam malos prelatos:vt ⁊ ipsi cogantur quasi de ordine recedere ⁊ deserta ⁊ diuerticula querere.sicut ⁊ ego scripto: frequenter expertus sum in meipso.maxime quũ morarer in monte alueme vbi almus Franciscus recepit stigmata christi.Bala.vlti.Exempla parentia querantur in prouincia Prouincie/in prouincia Thuscie/in prouincia Marchie ⁊ beati Francisci,vt sic ad literam verbum apostoli impleatur.Qui ſm carnem est/persequitur spiritualem.Bala.iiij.xxiij.q.iiij.qui ſm carnem.xxxij.q.iiij. recurrat.Unde propterea totus ordo diuisus est.⁊ palee grana conculcant in ordine ⁊ in area Frãcisci beatissimi. Et in eis sagena mali pisces bonos comedunt.Et in eius domo vasa fictilia aurea contaminant ⁊ confringunt.ij. Timo.ij.⁊ prie.c.qui ſm.⁊.xxiij.q.vij.c.j.Et nunquã cessabit ista persecutio et preuaricatio: donec reuoler.o.ad.a. xxv.di.ab exordio.vt scilicet detur regula a sancta Romana ecclesia ⁊ a capite eius vicario dei literalis ⁊ pura sine priuilegijs ⁊ declarationib⁹:sicut data fuit beato Frãcisco ⁊ illi sancto numero duodenario eum socianti ⁊ fratribus spiritualibus eam ſm rigorem ⁊ pure et simplicior more apostolico volentibus obseruare:⁊ separetur ad literã preciosum a vili.Hiere.xv.⁊ amurca ab oleo:⁊ granum a palea.Mat.xiij.⁊.xj.⁊ rumpatur rete Francisci literaliter iam scissum spiritualiter/⁊ boni pisces condiant ecclesiam:⁊ mali ambulent in aquis ⁊ locis humentibus ⁊ paludibus.de pe.di.ij.si enim.in fi.et separetur spiritus a carne.vt prie.c.recurrat. Interim taceant viri dei ⁊ sanctis virtutibus ⁊ exemplis et obseruantia purissima (qõ est difficillimũ:q; mali corũpunt bonos secum habitantes)ps.xvij.Cum peruerso peruerteris.xxiij.q.iiij.ita plane.Sed hic vide qõ scripsi supra in pria parte in.§.ceterũ. ℞.insuper res ponderant.cum.℞.seq.⁊.℞.sed et isti dicãr. in ar.lxv.predicent fratres suos.ar.xxv.dist.c.fi. ¶ Iste est ergo intellectus verus quem posui verborum in prie.c.regule positorum in summa:scilicet ꝙ per veram obediẽtiam tractam de mente litere (vt dixi).ministri requisiti a fratribus super obseruantia regule puritatis/prouideant eis in societate ⁊ loco:quo ſm rigorem ⁊ spiritualiter ⁊ perfecte suam regulam valeant obseruare. Nõ ꝙ in aliquo cum fratribus valeant dispensare:⁊ regulam relaxare.sicut predicti prelati impij glossarunt:quãtũ in eis fuit regulam destruentes:⁊ dicentes ꝙ de illo.c.⁊ illis verbis ⁊ de illo recursu q̃ supra prorime exposui:nunc̃ ordo aliquam vtilitatem habuit.vocantes vtilitatem regule destructionem:vt scilicet possint ministri in regula dispensare.quum tamen vt supra in prin. istius.§.probatũ est/ad dominũ papam pertineat solum in regula dispensare:et eam declarare qui regulam dedit ⁊ cõfirmauit ⁊ declarauit. ¶ Quatuordecim autẽ figilla ministrorũ partim voluntariorum partim timidorum quorum aliquos ad contrarium de eo quod agebant diu ⁊ efficaciter confortaui: ⁊ eos non potui reuocare:q; a fratre Geraldo generali ministro tunc minis ⁊ iniurijs arctabantur Auinione tẽpore predicti domini pape Joã.xxij. ⁊ tempore meo cum figillo predicti generalis ministri fratris Geraldi de Aquitania:qui fuit author ⁊ principalis glossator.trium glossarum ertorarum predictam regulam destruentiũ:in vna chartula pependerunt.⁊ eam dictus generalis cum quibusdam de predictis ministris domino predicto Joã.papa presentauit/adsistẽtibus multis cardinalibus. Dominus autem papa p̃dictus dei vicarius lumine claritatis spiritussancti infusus iustus iudex/veritatis zelatorum suorum precessorum regulam declarantium sequens vestigia/nolens impinguari.ps.xxij.in suo capite quod est caput ecclesie corporis mystici.xxiij.q.iij.pro mẽbris.et.q. v.de liguribus.ecclesie.xxij.dist.c.ij.militantis.oleo dictorũ ministrorum vere coram deo et eius ecclesia peccatorũ:dixit generali predicto fratri Geraldo qui tres predictas glossas quas supra prorime posui sceleratissimas anathemate perpetuo feriendas confecerat:credens placere ipi pape Joan.⁊ a quo capellum rubeum expectabat:in illorum presentia ministrorũ Generalis: intellectus iste quẽ in duobus predictis capitulis regule das:ertorius est:et contra regulam est.⁊ non credimus/ꝙ de mille fratribus vnus de ordine tecum in intellectu huiusmodi concordaret.Cardinales aũt domino papeadsistẽtes/glossas predictas predicti Geraldi cõtra regulam dicentes ⁊ ipsum conciter deridebant:cognoscentes de qua radice pestifera fuerant fabricate.ſ.q.ſ.fertur.⁊.c.quibusdam.Dixit mihi tũc quidam cardinalis/Vere hodie nobiscũ quum essemus cum papa fuit sanctus ſFranciscus.quasi diceret ad defendendam regulam suam. ¶ Postq̃ predictus generalis minister ⁊ alij ministri contra sacram regulam cõiurantes sui pessimi conatus non habuerũt effectum:cõposuerunt malitie malitiam adiungentes/ꝙ postq̃ declarationes non poterant facere reuocari:nec suas glossas authenticare:de declaratione domini Clemẽtis/Exiui de paradiso.certos articulos procurarẽt auferri. Sed in hoc succubuere etiam coram christi vicario ⁊ eius reuerendissimis dominis Cardinalibus manu altissimi eos beati Francisci meritis repellẽte. ¶ B Sed postq̃ istã digressionem vtilem ⁊ necessariam pro fundamento regule sancte factam interposui:ad preuaricationes quas faciunt aliqui nostri fratres minores in pecunia itẽ reddeamus.Unde ⁊ frequenter quando prelati volũt remunerare aliquem fratrem de aliquo suo seruitio vel lectorẽ in studio generali:faciunt sibi solui vel dari in pecunia et de pecunia loci vel prouincie ficut vero facerent seculari. Quod est contra statum exp:esse.q; non debet fieri fratri remuneratio pecuniaria:cui a regula pecunia ꝓhibetur Nec prelatus alicui eam dare potest:quum non sit nec potest esse sua/nec ordinis.Semper enim oportet ꝙ pecunia sit alicuius qui eam depositi pro necessitatibus fratrum sine cuius voluntate de ea per aliquem fratrem vel prelatum non potest aliquid innouari vt supe superius dictum est per decre.Extir. ¶ Itẽ exp:esse contra tertium regule est ꝙ aliquis frater minor recipiat aliquam pecuniã pro mercede sua. Unde in.c.illo regule quod incipit Fratres illi,dicitur sic.De mercede vero laborantis pro se⁊ suis fratribus corporis necessaria recipiant preter denarios vel pecuniam ⁊c.Olim autem pecunie que erant de libris venditis in ordine vel extra ordinem/⁊ supellectilibus q̃ erãt pape' per priuilegia data ordini:poterãt expendi per procuratores ecclesie Romane in necessitatib⁹ ordinis.Sed hodie(vt dictum est supra)per procuratores ⁊ priuilegia sunt per papam Joã.quãtum ad istum articulum reuocata.Unde nullus illorum librorum aut supellectilium qui erant ante illam constitutionem domini Joan.pape vbi reuocantur procuratores:et papa renuntiat proprietatibus rerum quibus fratres vruntur/quum illa omnia adhuc sint pape quãtũ ad proprietatem:potest vendi sine licentia exp:essa domini pape:cuius adhuc ille res sunt:per declara.Extir.Libri autem scientiales aut queuis alie res date ordini aut fratribus particularibus post dictam constitutionem quum dantium sit proprietas earundem/non potest vendi:nedum a fratribus qui non habent ibi ius sed nec per aliquem procuratorem quia non est in ordine aliquis legitimus procurator. Etsi esset aliquis de antiquis:nullo modo potest se de talibus intromittere. quia reuera(non obstante fraude fratrum quorũdam ⁊ locorum in ordine)omnes procuratores facti ⁊ faciendi qui nomine ecclesie tunc fiebant reuocati sunt per cõstitutionem que incipit/Ad conditorem/predictam. Nec aliquẽ

contractum possunt hodie inire. quum papa eos reuocauerit: & propter rerum (quibus ordo vtitur) renuntiauerit. Sed esto q̄ essent adhuc de rebus datis ordini post constitutionem predictā: quum sint dantium quantum ad p̄dictam: non possunt se intromittere vt de eis aliquem contractum ineant sine concedentium voluntate. Circa istum articulum fratres cōmuniter offendunt. quia & res antiquas quas ordo habebat ante p̄e. constitu. domini pape. que sunt adhuc pape & ecclesie Romane faciūt vendi de facto & alias res que peruenerunt ad ordinem post dictam constitu. distrahunt tamq̄ propietarij sine dominorum concedentium voluntate. & sic contrectant alienū & per consequens furtum cōmittunt. ex de elec. dudum. ij. & moraliter peccant. vt p̄e. c. eod. Nam p̄dicta constitutio domini pape/Ad conditorem canonum/quantum est de facto frustra membranas occupat. xix. di. si romanorū. & sicut ante illam constitutionem/ita & hodie emendo et vendendo & contrahendo cōmuniter viuunt fratres. nec de aliqua declaratione aut constitutione domini pape et ecclesie Romane conscientiam aliquam multi habent sibi fratres super articulo paupertatis. Nec mirum. quia quātum ad hoc parum de regula curant aliqui fratres. Nec hodie cōmuniter per declarationes aut per regulam viuunt fratres: sed per quasdam suas constitutiones. quarum multe sunt contrarie regule & declarationibus. et per quasdam consuetudines: que sunt potius corruptele. ex de consue cum venerabilis. ¶ Quidam etiam ex eis laborant scribendo eloquentias historiellas faciendo/vel sudando/vel horologia fabricando/vel alia opera mechanica. & precium pecuniarium recipiunt sicut alij seculares. contra eorum regulam. vt est dictum. s. e. n. vnde et frequenter. cum n. seq. Nunq̄ enim vel raro laborant quidam eorum pro cōmunitate. etsi pro cōmunitate: non gratis. nec opera eorum ponunt in manibus prelatorum: sed distrahunt sicut volunt. Immo multi eorum scribunt libros ad vendendum. & emunt: & carius quātum possunt vendūt: sicut mercatores & negociatores. lxxxviij. distin. in palea Eligiens. & c. quoniam non cognoui. xiij. q. iij. quicumq̄ ex ne cleri. vel mo. per totum. ¶ Vadunt etiam quidam ex eis ad eorum capitula & als per mūdum pro eorum negotijs vel consanguineorum vel amicorum: & aliquoties nulla causa cogente: sed causa recreationis vagando per mūdum cum burssarijs: nunc equitando/nunc peditādo contra decre. Extiti de paradiso. §. quocirca. & de hoc superius tactum est in. §. offendunt. in. n. vadunt etiam aliqui in ar. lxvj. ¶ Quidam etiam ex eis debitum contrahunt contra statum eorum. vt p̄e. c. eod. §. ceterum. Frequēter etiam granum & vinum & oleum & legumina & caseos et lanam & species alias quas acquirūt pro tunicis vendūt aliqui fratres. & non pro tunicis dant illam pecuniam sicut fuit voluntas dantium res illas: sed in alijs necessitatibus & vtilitatibus ponunt. cōtra eorum statum. quia non possunt illam speciem in aliud q̄ in tunicas cōmutare. sicut dicitur de pecunia ad certum vsum deputata/q̄ non potest in vsus alios cōmutari. vt in p̄e. c. eod. §. ceterum. Immo in quibusdam prouincijs in ordine vt in Alemānia lanas que datur eis pro tunicis fratres aliqui portant ad nundinas: & ibi carius vendunt q̄ vnde venerūt et emunt inde quod volunt sicut alij mercatores. contra statum & iura predicta. Item quum prelati aliqui deberēt facere emi de illa pecunia vel de alijs eleemosynis fratrū pannum pro tunicis fratrū dant eis certas pecunie quātitates: de quibus raro habent tunicas cōpletas. quas quātitates nec prelati dare possunt. nec subditi recipere. quia contra eorum statum est. quia illa species deberet vendi de licentia dantium per famulum assignatum per fratres & per eum pannus emi de licentia & authoritate dantium granum illud vel illam speciem. & pannus deberet distribui per prelatum inter fratres pro vt quisq̄ egeret. xij. q. j. c. ij. & c. quia tua. & c. scimus. et non deberet dari pannus multo minus pecunia fratri non indigenti et diuiti multas tunicas habenti. xij. q. j. dilectissimis. Actu. iiij. Dicat ergo frater volens suam regulam & declarationes super regulam ecclesie obseruare prelato suo/pecuniam nolo. deris mihi pannum quem vultis. contentus sum. Si autem prelatus nō dat pannum: teneat illam pecuniam assignatam fratri pro tunica vel parte eius per guardianū famulus pro dantibus granū: donec ematur pannus pro fratre. Si autem illa pecunia non sufficit pro tunica: teneatur per famulum nomine dantis granum conuersum in pecuniam: donec alia eleemosyna habeatur pro fratris necessitate assignata de qua suppleat de tunica q̄ deest. Utraq; tamen pecunia retenta a famulo pro dantibus teneatur quousq; in necessitate tunice fit expensa. vt sic predicta declaratio obseruetur. Raro tamen hodie inter fratres in isto articulo hec veritas & puritas obseruatur. immo pecunia data fratri pro tunica recipitur: & ad fratris vbi et in quibus voluerit libitum dispēsatur. Multi etiam fratres maxime maiores in honoribus et pecunijs. i. di. quia tua. reuera non indigētes tunicis/immo habentes promptuaria & eleemosynas & decem mutatoria cum Naaman syro leprosos: & ipsi lipposi lepra auaritie/Geezi discipuli Helisei. iiij. Reg. v. & i. q. j. qui studet. & c. cito. aut pannum pro tunicis/quum datur accipiūt: aut pecunias a guardianis faciūt assignari: sui status dupliciter transgressores. tum quia recipiunt tunicas quibus nō indigēt & sic rapiunt sm Ambro. xlij. distin. §. j. vt supra dixi. tuz qui contrectant pecuniam alienam: que erat pro veris fratrū necessitatibus assignata a dante. que sine licētia eius non potuit in rem non necessariam expendi. vt p̄e. c. eod. & sic furtum cōmittunt. vt supra dictum est. legitur & no. ex de elec. dudum. ij. Fratres minores etiam stantes cum dominis cardinalibus & prelatis contra eorum statum pariter recipiunt dupliciter peccātes mortaliter: & quia sine licentia deponitur: & sine necessitate. contra decre. eod. de pecunijs datis ab alijs inter familiam diuidendis. Cum etiam starem Rome in sancta Maria de ara celi: fratres nostri de loco a quodam eorum famulo infirmo octingentos & amplius florenos acceperunt eo inuito: dicentes. Nobiscum fuit lucratus istam pecuniam. nostra est. quod tātū fuit sicut si raperent eam in via. ¶ Inquisitores eis hereticę prauitatis fratres minores quo priuilegio & qua authoritate nescio/tota die dispensant pecunias inquisitionis contra eorum conscientias et statum. quia esto q̄ inq̄sitores facti sunt: nō propterea a regula absoluti sunt nec a declarationibus ecclesie. Et in hoc inquisitores dupliciter peccant mortaliter: quia quum per priuilegium papale tres partes debeant fieri de pecunia inquisitionis: & vna cōmunitati terre de qua est hereticus dari: altera officialibus officij: tertia reseruari in manu diocesani in necessitate officij expendenda: nulla parte alicui assignata totum sibi inquisitores vsurpant/quum ecclesia Romana nullam eis partem assignet pro expensis. & sic vere fures sunt & latrones pecunie inquisitionis: eam preter & contra. volūtatem Romanorum pontificum vsurpantes & eam in abusus suos fratrum et consanguineorum pro libito expendentes. Secundo offendunt. quia quum deberent esse fratres minores & pecuniam non contrectare eam expendunt qualiter eis placet. credunt tamen facere domino holocaustum: quum de illa pecunia faciunt conuentibus vel fratribus aliquam eleemosynam ad litrā de mammona iniquitatis. i. de pecunia aliena. contra illa iura. xiiij. q. v. forte. c. immolans. c. scriptum. c. dixit. j. q. j. nō est putanda. Tertio quia vix faciunt contra accusatos de hereſi nisi pecuniariam condemnationem. vt eam imbursent. Propter quod vix credo q̄ aliquis eorum propter eorum errores pecuniarias euadat excōmunicationem papalem: que ponitur in clemen. ex de hereticis. multorum. & c. volentes. j. rnso. Socij etiam inquisitorum fratres minores sicut seculares et amplius pro officio notij

heretice prauitatis inquisitores.

riat⁹. vide eẽ de here. vt officiũ. §. ad cõscribendas. ⁊ aliꝭ contractibus ⁊ scripturis faciendis in officio inquisitionis pecunias extortas ⁊ immoderatas ⁊ oblatas accipiunt tota die absq; aliqua dispensatione papali. contra regulam ⁊ declara. predictas. ¶ Fratres etiam cõfessores aliqui dispensant frequenter incerta ad que tenentur confitentes eis sicut volunt. contra predictam decla. extiui. §. proinde. ⁊ in clemẽ. de p̃uile. ⁊ excess. p̃uile. c. religiosi. §. quibus. ff. nec legata. Et (quod peius est) sibi frequenter reseruant. Et hoc idem faciunt de penitentijs pecunias quas unponunt. que pecunie debent fm voluntatem confitentium pauperibus erogari. Potest tamen confessor dare consilium: ⁊ illum quem absoluit inducere vt fratribus suis vel aliꝭ quos nominauerit illam pecuniam impositam ei per penitẽtiam largiatur. ar. declarationis extiui. in clemẽ. §. proinde. ¶ In quibusdam p̃uincijs habent fratres minores loca in q̃bus habent omnia necessaria a quibusdam dominis / contra eorum statum: qui est nihil ficum tenere: nec reditus nec p̃uentus. sed tamẽ aduene et pegrini debent ire continue pro elemosyna. ⁊ hec est celsitudo altissime paupertatis fm beatum Fr̃anciscum. vt in regula in. c. fratres nihil sibi approprient. ⁊ nihilominus contra eorum statum ⁊ conscientiã sibi sicut alibi oblationes pecuniarias ⁊ alias oblatas et petitas pecuniarias eleemosynas et alias extra pecuniã quotquot habere possunt / recipiunt indistincte: duplervium scilicet auaritie ⁊ receptionis pecunie contra regulam cõmittentes. de pecunia vt sepe dictum est in regula in. c. precipio firmiter. de auaritia in regula in. c. fratres q̃ sunt ministri. ff. cõsulo vero moneo ⁊ exhorto: in domino Jesu christo vt caueant fratres ab omni superbia / vana gloria / inuidia / auaritia / cura ⁊ solicitudine huius seculi ⁊c. Faciunt etiam sibi ministri aliqui p̃ouinciarum reddi compotum a guardianis: ⁊ guardiani ⁊ compotiste a vicarijs domus: ⁊ fratres in via et in domo a famulis: et p̃ouincia a fratre camerlingo p̃ouincie ⁊ ab inquisitoribus hereticę p̃auitatis: qui nõ p̃ouincie sed ecclesie Romane cuius sunt officiales / tenentur reddere rationem. ar. f. q. iij. c. f. eẽ de accusa. qualiter. ij. quod est cõtra decla. clemen. que p̃ohibet fratribus minoribus cõpotum recipere. vt p̃e. extiui. §. proinde. Quidam etiam eorum quum habeant eleemosynas pecuniarias: nihilominus quum infirmantur: vel p̃o p̃ouincia vel p̃o locis eorum proficiscuntur aliquo: faciunt sibi a p̃ouincijs vel a locis p̃ouideri in expensis pecuniarijs: eorum loculis semper saluis / sed eorum cõscientijs semper p̃auis. quia vere rapinam cõmittunt fm Amb. xlvij. distin. ficut. accipientes maxime pecunias non necessarias sed eis totaliter interdictas. Quidam etiam eorum pecunias habent continue ad bancas mercatorum: ex quibus eis nomine mercancie aliquid pecunie respondetur. nequiores in hoc incomparabiliter ꝯ alij mercatores augentes cum maledictis pecunijs suis alias pecunias sceleratas. ⁊ sic pessimi negotiatores ⁊ p̃oprietarij desperati. lxxxviij. distin. eijciens. eẽ de sta. mona. c. ij. c. super quodam. Quedã etiam loca fratrum minorum habent casalina et alias domos ⁊ alios hortos remotos a loco: ex quibus sibi solui faciũt pensiones: ⁊ reditus recipiunt annales. cõtra eorum statum ⁊ regulam. Sed ⁊ vir locus est in ordine qui nõ habeat aliquos reditus et p̃ouentus annales: vel in vino vel grano vel oleo vel pictantijs vel vestibus vel cera vel aliꝭ speciebus vel pecunia numerata. ¶ Et q̃ꝯ sancte memorie frater Gonsalus hyspanus de p̃ouincia Baticie nobilis genere sed nobilior vita ⁊ moribus et euangelica paupertate: vere frater minor ⁊ zelator ardentissimus regule ⁊ dominus paupertatis. Matthei. vj. et dominice humilitatis / cum quo in loco fratrum de Luca scu tellas laui in eadem pelui lapidea: magister in theologia realissimus verbo ⁊ opere / de maioribus mundi literatis in trinio ⁊ quadriuio / qui parum post mortem suam / Parisijs in visione quibusdam fratribus nostris apparuit gloriosus in throno residens cum corona aurea ⁊ septro qui dixit tunc q̃ sedes throni sibi assignata erat in celo: quia purissime in ordine iustitiam obseruauerat. xij. q. ij. cũ deuotissimam. generalis magister noster rorum ordinem ex p̃oprio auerit in vita sua: ⁊ sententiam ercõmunicationis tulerit contra omnes fratres subditos ⁊ prelatos: nisi intra certum terminũ illis a quibus habebant reditus vel eorum heredibus resignarent. quod ⁊ factum est. et p̃opter hoc a quibusdam fratribus aliquaꝫ persecutionem passus est: tamen fratres cõmunirer post mortẽ suam ad suum vomitum redituum sunt reuersi. ij. De. ij. de pe. dist. iij. sunt qui dicunt. ⁊ c. qui admisso. et distin. iiij. intermittentes. Et ipse cũ patribus sanctis requiescit in pace beati Fr̃anciscus verus vicarius ⁊ successor. Quid plura? ita recipiunt per personas interpositas aliquoties per se fratres pecunias cõmuniter sicut alij seculares: nedum alij religiosi qui eas possunt tenere p̃o suis necessitatib⁹ de suorũ licẽtia p̃elatorꝫ. Et qualitercũq; possunt habere pecunias. dummodo non sint exp̃resse furtiue / p̃ocurant et habent. Et rorus mundus vere non posset eorum aliꝭ pecunia satiare. vt superius in. §. offendunt. ff. Item si cẽtum. in ar. lxvj. plus q̃ satis declarauj ⁊ dixi. Et quum dicat regula sancta eorum q̃ nullo modo recipiãt denarios aut pecuniam: nec per se nec per personam interpositam ipsi denarios et pecuniam excepto tactu recipiunt omni modo: vt sic affirmatiua vniuersalis in recipiendo omnimo / de non recipiendo nullo modo vniuersalem tollat totaliter negatiuam. ar. op. contra eos. eẽ de p̃uile. quia circa. cum si. Nummos enim diligunt multi ex eis. nummos continue p̃ocurant. nummos recipiunt⁹ de nummis nota die loquuntur. Et ideo instituores tales fm Hiero. sunt. nõ fratres minores. xvj. q. j. si cupis. vide. s̃. in. §. religio. ff. q. vere. in ar. lxj. Nullo modo etiam credunt communiter q̃ sine pecunia viuere possent. quia nullam necessitatem pati volunt gloriantes de imaginaria ⁊ mathematica paupertate: quã in effectu ⁊ reuera fugiunt omni modo. Sanctam regulam ⁊ possibilem dulcissimam et facilem veris non fictis fratribus ⁊ exp̃opriatis a carne ⁊ mundo / dogmare pessimo verbo mendaci ⁊ vita pessima blasphemãtes: infideles in hoc vix credentes q̃ deus posset fratres sine pecunia sustentare: sicut nutriuit ⁊ per coruum Heliam. iij. Regum. xvij. ⁊ per viduam Sareptanã. iij. Regũ. xvij. et filios israel manna in deserto. Sapien. xvj. de consecra. distin. j. reuera. Et Paulum primum eremitam per coruum portantem sibi omni die medium fragmen panis: ⁊ panem integrum adueniente Antonio magno hospite ⁊ sicut impleuit sportas panibus beato Apollonio in vitis patrum. Et de paucis panibus hordeaceis centum viros. iij. Reg. iiij. ⁊ filios israel manna. xl. annis. de consecra. distin. j. reuera. Sapien. xvj. Exodi. xvj. Et sicut ipse christus dicit. pascit volatilia non seminãtia nec metentia. Matthei. vj. Et pauit de q̃nq; panib⁹ q̃nq; milia hoim. Mat. xiij. Jo. vj. xxxvj. di. §. ecce. ⁊ de septẽ panibus quatuor milia. Mar. viij. Unde Climacus in titulo ⁊ gradu de cursu paupertatis. O monachi non simus volucribus infideliores. Mat. vj. Et propterea vtinam vtinam non dicant q̃plurimis fratribus minoribus / Pecunia vestra vobiscum sit in perditionem. Act. viij. j. q. j. qui studet. eẽ de stamo. cum ad monasteriũ. §. j. Nam continue sancte legi regule ⁊ declarationibus alias declarationes suas ⁊ interpretationes suas et glossas cõponentes multi ex eis per oẽm viam per quam possint habere pecuniã: fraudem faciunt: suas porias animas defraudantes. ¶ Faciũt inquã triplicirer fraudem regule. De persona ad personam. quum nõ possint recipere pecuniam per se fratres minores: recipiunt multi contra regulam etiam per personam interpositã sine necessitate. Item de re ad rem. q: quum non possint recipere pecuniã: recipiunt aliquã rem quam vendunt p̃o pecunia. ⁊ hoc est contra regulã que p̃ohi-

